Qua re cognita, adamantinæ homo patientiæ in fovea aquam non habente, totos sex annos latens contrivit. Pridie vero ejus diei qua prodendus erat ille locus, revelatione quadam divina in alium locum profugit, et in Occidentem venit, imperante ibi Constante, suo et fratris sui Constantini imperio. Etenim illum exercitus affectato imperio interfecerat. 481*b* Tum Athanasius profectus Romam ad Julium pontificem commemoratis ipsi omnibus quæ ab Arianis passus esset, in conspectu Constantis imperatoris, et synodum Antiochiæ ad eversionem orthodoxæ fidei coactam esse, et Georgium sibi successorem illos contra legem dedisse, et pro illo etiam Gregorium. Eusebius quidem, iis peractis quæ volebat, legationem ad venerandum Julium pontificem Romanum legavit, hoc agens, ut Athanasium una damnaret. Julius vero, acceptis ab Eusebio litteris, tantum abest ut damnandum, etiam absolvendum comperit, injuria affectum litteris confirmatum Alexandriam mittit, et postliminio restituit, non parum reprehendens eos, qui injuste eum loco deturbassent.

Ἄσυνιδὼν ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀδάμας ἐν λάκκῳ ὕδωρ μὴ ἔχοντι ἐπὶ ἓξ ἔτεσι λαθὼν ἐκαρτέρει. Ὡς δὲ καὶ τὸ χωρίον ἐκεῖνο προδίδοσθαι ἔμελλε, θείᾳ B ὄψεως τὴν προδοσίαν τῷ θεράποντι πρὸ μιᾶς ἡμέρας μηνυσάσης κἀκεῖθεν ἀποδιδράσκει καὶ πρὸς τὴν δύσιν ἀπαίρει, τοῦ Κώνσταντος ἤδη τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, οὐ τὴν ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ 59 ἀδελφοῦ Κωνσταντίνου· καὶ γὰρ αὐτὸν τὸ στρατιωτικὸν τυραννίδι ἐπιθέμενοι ἀνεῖλον. Διδάσκει τοιγαροῦν διὰ συνδρομῆς Ἰουλίου τοῦ Ῥώμης τὸν βασιλέα Κώνσταντα τὰς συσκευὰς ἃς ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ὑπέστη, καὶ τὴν σύνοδον τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ διαστροφῇ τῆς πίστεως συγκροτηθεῖσαν, καὶ ὡς Γεώργιον εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐκθέσμως χειροτονήσαντες ἐγκαθίδρυσαν, καὶ οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐκείνου Γρηγόριον. Εὐσέβιος μέντοι διαπραξάμενος ἃ ἐσπούδαζε, διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν ὅσιον Ἰούλιον, κοινωνὸν λαβεῖν τῆς Ἀθανασίου κατακρίσεως μηχανώμενος. Ὁ δὲ, ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἔγραφεν 60, οὐ κα- C τάκρισιν 61, ἀθώωσιν δὲ μᾶλλον Ἀθανασίου συνορῶν, γράμμασι τὸν ἠδικημένον ἐπιῤῥώσας εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀποστέλλει, ἐν οἷς καὶ τοὺς αὐτὸν καθελόντας δίκαια καὶ οὐ μικρὰ μέμψις μετήρχετο.

Ariani, Constantium magis magisque depravantes, Gregorium, quem illi ordinaverant, Alexandriam armata vi deducendum curant (quibus præerat copiis Syrianus), quæ quinque millium erant. Igitur sanctus Athanasius exercitum fugit, et milites, qui in ejus necem conspirant: et iterum Romam se contulit. Gregorius autem impius Ecclesiam occupavit. Alexandrini, id factum non ferentes, Ecclesiam Sancti Dionysii incenderunt. Igitur sanctus Paulus Constantinopoleos episcopus una cum Athanasio exsulans Romæ erat, et palmæ socius fuit. Constans autem scribit fratri Constantio, D urgente simul ipsum Julio pontifice, ut proprios episcopatus reciperent affecti injuria. Sed ut nihil effectum est, postulant igitur Athanasius et Paulus ut œcumenica synodo decernantur, quæ ad fidem orthodoxam, et eos pertinerent: [quod iis violatis simul fides etiam casura esset,] Inducitur ergo iterum synodus Sardicæ consensu utriusque imperatoris, undecimo anno a morte Constantini, horum

Ἀλλ' οἱ τῆς Ἀρείου λύσσης ὑποφθείραντες ἐπὶ πλέον τὸν Κωνστάντιον, ὃν αὐτοὶ κεχειροτονήκασι Γρηγόριον ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν στρατιωτικῇ χειρὶ ἐκπεμφθῆναι καταπράττονται. Συριανὸς ἦν στρατηγὸς τῆς τοιαύτης παρατάξεως, καὶ ὁ στρατὸς εἰς πέντε χιλιάδας ἀπηρτίζετο. Διαφεύγει δ' οὖν ὁ σοφὸς Ἀθανάσιος τόν τε στρατηγὸν καὶ τοὺς στρατιώτας πνέοντας κατ' αὐτοῦ τὸν φόνον, καὶ τὸ δεύτερον ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνατρέχει. Ὁ δὲ δυσσεβὴς Γρηγόριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκράτησε· καὶ ἡ πόλις τὸ συνενεχθὲν οὐκ ἐν τῷ ἀνεκτῷ θεμένη τὴν καλουμένην Διονυσίου ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν. Συνῆσαν [785 H.] οὖν ἀλλήλοις φυγάδες ὄντες ὅ τε σεβάσμιος Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος, τοῖς ἴσοις ἀριστείοις κοσμούμενοι 62. Γράφει δὲ Κώνοτας τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίῳ, συμπαρορμῶντος αὐτὸν καὶ τοῦ ἀρχιερέως Ἰουλίου, ὥστε τὰς ἰδίας ἐπισκοπὰς ἀναλαβεῖν τοὺς ἠδικημένους. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυεν, ἀξιοῦσιν αὐτὸν οἱ περὶ Ἀθανάσιον οἰκουμενικῇ συνόδῳ τὰ περὶ αὐτοὺς τε καὶ τῆς συνεπηρεαζομένης πίστεως ἐπικριθῆναι.

VARIÆ LECTIONES.

58 ἐπίβαλε ς. 59 τοῦ om. A. 60 ἔγραφεν ἐκεῖνος B. 61 κατάκρισιν] κατάκρισιν Ἀθανασίου, omisso eo nomine post μᾶλλον, B. 62 κοσμούμενος B.

[144] R. Καὶ κηρύσσεται γνώμη τῶν δύο βασιλέων κατὰ Σαρδικὴν 63 οἰκουμενικὴ σύνοδος· ἐνδέκατον δ' ἦν ἔτος ἀπὸ τῆς τελευτῆς Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων. Ἐκ μὲν δὴ τῆς Ἑσπερίας ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους συνῆλθον ἐπίσκοποι, ἐκ δὲ τῆς Ἀνατολῆς ἑξ μόνοι καὶ ἑβδομήκοντα, ἐν οἷς καὶ ὁ τοῦ Μαρεώτου Ἰσχύρας ἠριθμεῖτο ὡς ἐπίσκοπος. Ὡς οὖν ἐν τῇ Σαρδικῇ συνῆσαν ἅπαντες, οἱ τῆς Ἀνατολῆς εἰς ὄψιν τῶν Ἑσπερίων ἐλθεῖν ἀπηρέσκοντο, εἰ μὴ πρότερον τοὺς περὶ Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον τοῦ συλλόγου ἀπελάσωσι 64. Πρωτογένης δὲ ὁ Σαρδικῆς ἐπίσκοπος καὶ Ὅσιος ὁ Κουδρούβης καὶ οἱ λοιποὶ ἐπόμενοι οὐδ' εἰς ἀκοὴν τὴν ἔκθεσμον αὐτῶν ἀξίωσιν παρεδέξαντο, ἄνδρας οὓς συνῆλθον κρῖναι, ἀκρίτως κατακρῖναι καὶ ἀπελάσαι. Ἐξ ὧν οἱ μὲν τῆς Ἀνατολῆς σχισθέντες τῶν ἐν Σαρδικῇ ἐν τῇ Φιλίππου πόλει συναθροίζονται, καὶ τὸ ὁμοούσιον οὐκέτι γνώμῃ ὑφαλῷ, ἀλλ' ἐμφανεστάτῃ καὶ γλώσσης θρασύτητι ἀναθεματίζουσι, καὶ τὸ ἀνόμοιον δογματίζουσι, καὶ τὰ δυσσεβῆ ψηφίσματα παντχοῦ διαπέμπονται. Οἱ δὲ ἐν Σαρδικῇ πρῶτον μὲν τῶν ἀποσχισάντων ἐρήμην κατεψηφίσαντο, εἶτα τοὺς Ἀθανασίου κατηγόρους συκοφαντίας ἁλόντας καθαιροῦσι τοῦ ἀξιώματος, καὶ τρίτον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸν ὅρον κρατύνουσι, καὶ ἀποκηρύττουσι 65 τὸ ἀνόμοιον, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ ὁμοούσιον ἀνακηρύττουσι 66, καὶ γράμματα πρὸς πάσας τὰς τῆς 67 οἰκουμένης Ἐκκλησίας διαπέμπονται.

A patris. Itaque e partibus Occidentes supra trecentos convenerunt episcopi, ex Oriente vero tantum septuaginta sex, in quibus et ipse Ischyras Mariotis, quasi episcopus numerabantur. Igitur dum convenissent Sardicæ, Orientales in conspectum venire Occidentalium recusabant, nisi prius Paulum et Athanasium concilio ejecissent. Protogenes autem Sardicensis episcopus, et Hosius Cordubensis, aliique episcopi 482*a* postulatis non annuerunt : nimirum viros, quos judicaturi venerant, indicta causa damnari ac repelli. Secessione itaque facta, Orientalium episcoporum ab Occidentis episcopis, Philippis congregantur, neque amplius tecta sententia, sed aperte et audacter ὁμοούσιον condemnantes, inæqualitatem decernunt et impiam hæresim ubique disseminant. Sed in Sardicensi qui erant, primum quidem privatam illam synodum condemnarunt. Deinde accusatores sancti Athanasii calumniæ reos dignitate privarunt : et tertium jam Nicænæ synodi decretum confirmant, et promulgant omnibus ὁμοούσιον, inæquale vero in Trinitate condemnant atque repudiant, conscriptasque et ipsi epistolas ubique divulgant.

B

Γνοὺς δ' ὁ τῶν Ἑσπερίων βασιλεὺς τὰ κατὰ τὴν Σαρδικὴν συνεπεχθέντα διδάσκει μὲν παραυτίκα τὸν ἀδελφὸν, ἀποδοθῆναι δὲ Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτοὺς 68 τοὺς οἰκείους θρόνους ἅμα μὲν παρήνει, ἅμα δὲ καὶ παρεκελεύετο. Καὶ Ἀθανάσιος μὲν ὑπεστέλλετο τὰς τῶν Ἀρειανῶν ἐπιβουλὰς, καὶ τῇ Ῥώμῃ προσήδρευεν· ὁ δὲ τῆς Δύσεως βασιλεὺς πάλιν γράφει τἀδελφῷ ὡς, εἰ μὲν προθύμως δέχοιτο 69 τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀρχιερατικὸν ἀποδίδωσι θρόνον, ἕτοιμός ἐστιν ἐκπέμπειν τὸν Ἀθανάσιον, εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῦ δικαίου γενήσοιτο τιμωρός. Καθίστατο δὴ ὁ Κωνστάντιος εἰς δέος, καὶ διὰ γραμμάτων, οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς στελλόντων, ἐπαγωγῶν τε καὶ θελκτηρίων καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τὸν πολύαθλον Ἀθανάσιον. Καὶ μετὰ πολλῆς δορυφορίας [786 H.] ἀποστέλλει τοῦτον ὁ τῆς Ἑσπέρας βασιλεὺς, καὶ Ἰουλίου τοῦ ἀρχιερέως γράμμασιν αὐτὸν διαφόροις ἐφοδιάζοντος. Κωνστάντιος δὲ παραγεγονότα εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀποκαθίστησιν, ὑφειμένῳ πρότερον ὀνειδισμῷ καθυποβαλών. Ἀποδρὰς γὰρ, ἔλεγε, μεγάλην ἐμοῦ λοιδορίαν κατέχεας 70 καίτοι γε περὶ σοῦ 71 φιλάνθρωπα μελετῶντος· πλὴν ἀλλά γε σὺν μίαν μοι δίδου χάριν. Ὁ δὲ τὴν κατὰ δύναμιν ἕτοιμος εἶναι διωμολόγει χαρίζεσθαι· καὶ ὁ Κωνστάντιος μίαν ἐκκλησίαν τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιζητεῖ 72 τοῖς Ἀρειανοῖς δοθῆναι συναχτήριον. Ὁ δὲ 73 οὐκ ἀπεῖπεν, συνάπτει δὲ τῇ καταθέσει, εἰ καὶ Κωνστάντιος ἐν Κωνσταντινουπόλει μίαν τοῖς ὁμοδόξοις, ἣν οὔπω εἶχον, ἐγχειρίσειε.

Cum autem intellexisset Occidentis imperator, quæ in Sardicensi concilio acta fuerant, statim fratrem certiorem reddidit, et Paulo, et Athanasio, et suis, proprias reddi sedes partim monebat, partim mandabat. Athanasio autem iterum sustinente insidias Arianorum, et Romam veniente, Occidentis imperator rursum scribit fratri, si virum libenti animo susciperet, et in sede sua collocaret, se prompte eum missurum, sin minus, se vindicem fore. Metuens itaque Constantius vocat Athanasium, propriis litteris non semel, sed iterum, atque etiam tertio scribens, mittensque qui alliceret et adduceret. Confestim autem imperator Constans, adjunctis multis satellitibus, dimittit magnum Athanasium, et Julius pontifex multis eum litteris munivit. Venientem igitur sanctum Athanasium accipit Constantius imperator, et suæ eum Ecclesiæ restituit, comitate exprobrationi adjuncta. *Nam in contumeliam meam*, inquit, *ejusmodi fuga usus es, cum ego paratus essem humanius te complecti. Verum mihi una re gratificare.* Ille autem ad eum : Libenter, inquit, præstabo, imperator, quantum possum, quod rogas. Constantius autem : Unam ecclesiam ex iis quæ Alexandriæ sunt, Arianis concedas. Ille vero dixit : Faciam, imperator, ut jubes, si et tu mihi vicissim Constantinopoli præbueris ecclesiam, qua carent, ad conventum orthodoxorum. Constantius autem 482*b* prompte promisit, ignarus Arianos,

C

D

VARIÆ LECTIONES.

63 Σερδικὴν A, qui sic et infra. 64 ἀπελάσουσι B. 65 ἀποκηρύττουσι — 66 ἀνακηρύττουσι AB : ἀνακηρύττουσι τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ πᾶσι, τὸ ἀνόμοιον δὲ ἀποκηρύττουσι ς. 67 τῆς add. A. 68 καὶ τοῖς περὶ αὐτοὺς om. B. 69 προσδέχοιτο ς. 70 ἐξέχεας AB. 71 σοῦ] αὐτοῦ A : σαυτοῦ B. 72 ἐπιζητεῖ] αἰτεῖ B. 73 δὲ] δὴ B.

qui secum sentirent, summo dolore sese affecturum. Itaque imperator, viri prudentiam admiratus, ac solertiam, eum, magno honore habito, dimittit : scribens etiam (Nestorio) Augustali, inter cætera ut magno honore eum deduceret, et omnia quæ ipse Constantius, et Ariani contra illum statuissent, irrita haberet : quin et clerum ejus eamdem jubet obtinere dignitatem, libertatemque res sacras publice administrandi.

Athanasius itaque cum pervenisset Hierosolymam, Maximo episcopo et confessori, nota facit acta Sardicensis concilii, quodque Constantius imperator erga se bene animatus sit. Deinde congregat synodum episcoporum, quæ beato Athanasio et communionem et dignitatem episcopalem decernit, et scribit ipsa synodus Alexandrinis, et omnibus in Ægypto et Libya episcopis, quæ de Athanasio decreta essent et gesta.

Athanasius autem Alexandriam cum venisset, conventus episcoporum in Ægypto egit, quæ synodus consentiebat iis quæ in Sardicensi et Hierosolymitana synodo decreta essent. Sed, Magnentio tyrannidem affectante, et Constante interempto, Ariani iterum dolose contra Athanasium concitarunt Constantium, ac rursus impia decreta, rursus fuga, rursus inquisitio, et sancti fit indagatio. Georgius vero Alexandrinæ Ecclesiæ invasor, item Acacius, et Patrophilus sectatores Arii, sanctum Maximum Hierosolymitanum expulerunt, et Cyrillum substituerunt. Georgius vero tot mala Alexandriæ intulit, ut ea quæ in Christianos fecerunt ethnici, humana putes. Novæ excogitantur pœnæ, igni virgines nudæ apponebantur, et mors multos alios, et vita et pœna eripuit. Exsulabant in Ægypto triginta duo episcopi, et sacerdotes.

A Κωνστάντιος δὲ προθύμως τε καὶ σὺν ἡδονῇ ἐπηγγέλατο· ἠγνόει δὲ ἄρα λυπῶν τὰ μέγιστα τοὺς ὁμόφρονας. Πλὴν καταπλαγεὶς τὴν τοῦ Ἀθανασίου συνεσίν τε καὶ ἀγχίνοιαν, ὡς προείρηται, μετὰ πάσης δόξης καὶ τιμῆς ἐκπέμπει, γράφων καὶ πρὸς τὸν Αὐγουστάλιον [1444 R.] τά τε ἄλλα διὰ σεβασμιότητος ἄγειν αὐτὸν, καὶ πάντα, οἷς αὐτὸν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κατεψηφίσαντο, τὸ ἄκυρον καὶ ἀνενέργητον ἔχειν, ἀλλά γε δὴ καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ 74 κλῆρον τὴν προτέραν τιμὴν καὶ πάσης δημοσίου ὑπηρεσίας ἀναλαβεῖν τὴν ἐλευθερίαν.

Καταλαβὼν οὖν ὁ Ἀθανάσιος τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ Μαξίμῳ τῷ ἀρχιερεῖ τοῦ Θεοῦ καὶ ὁμολογητῇ συνελθὼν εἰς ὄψιν τε καὶ ὁμιλίαν, τά τε ἐν Σαρδικῇ διαπεπραγμένα καὶ ὡς πρὸς αὐτὸν Κωνστάντιος διετέθη ἀναδιδαξάμενος, σύνοδον ἀθροῖσαι τὸν ὁμολογητὴν B καταπράττεται. Καὶ ἡ σύνοδος τῷ θαυμαστῷ Ἀθανασίῳ καὶ τὴν κοινωνίαν καὶ τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα ἐπιψηφίζεται 75, καὶ γράφει τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ πάσῃ τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ ἃ περὶ Ἀθανασίου ἔγνω τε καὶ διεπράξατο.

Ὁ δὲ γενναῖος οὗτος ἀθλητὴς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιστὰς καθίζει καὶ αὐτὸς ἀρχιερέων ἐξ Αἰγύπτου τε καὶ Λιβύης σύλλογον· καὶ αὗτη τὰς ὁμοίας καὶ ἀπαραλλάκτους ψήφους ταῖς ἐν Σαρδικῇ καὶ ἐν 76 Ἱεροσολύμοις συνόδοις ψηφίζεται. Ἀλλὰ γὰρ Μαγνεντίου τυραννίδι ἐπιθεμένου καὶ τὸν βασιλεύοντα τῆς Δύσεως διαφθείραντος, οἱ ἐξ Ἀρείου πάλιν τὸν κονιορτὸν Κωνστάντιον κατὰ τοῦ πολυάθλου ἀναρριπίζουσι· καὶ πάλιν τὰ τῆς ἀσεβείας ψηφίσματα, καὶ πάλιν φυγὴ, καὶ πάλιν ἔρευνα, καὶ πάλιν ἀναζήτησις. Καὶ δὴ καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων C πόλεως ἁρπάσας τὸν θρόνον, ἅμα τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Πατρόφιλον, οἱ τῆς Ἀρείου φατρίας, ἐξωθήσαντες Ἱεροσολύμων τὸν ὁμολογητὴν Μάξιμον ἀντεισάγουσι Κύριλλον. Ὁ δὲ 77 δυσσεβὴς Γεώργιος τοσούτων 78 τὴν Ἀλεξανδρέων ἐνέπλησε κακῶν, ὡς τὰ τοῖς Ἕλλησι κατὰ Χριστιανῶν τολμηθέντα φιλανθρωπίαν νομίζεσθαι. Αἰκισμοί τε γὰρ σωμάτων καιναῖς ἐπινοίαις ἀφορήτους φέροντες τὰς ἀληδόνας κατέξαινον, καὶ πῦρ γυμναῖς ταῖς παρθένοις προσεφέρετο, καὶ θάνατος 79 πολλοὺς ἄλλους καὶ τοῦ ζῆν [787 H.] καὶ τῆς τιμωρίας ἅμα 80 ἐξήρπαζε· γεγόνασι καὶ ὑπερορίαι τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἱερέων τε καὶ ἀρχιερέων δύο καὶ τριάκοντα.

483*a* Constantius, cum videret se jam fratris imperium nactum, episcopos Occidentales conatur inducere, ut Athanasium condemnarent, et Arianam sectam susciperent, et propterea concilium convocabat. Mediolani in Italiæ civitate, etiam D multos in suam sententiam traduxit. Dionysius autem, et Eusebius, Rhodanus, Paulinus, Lucifer, piam sententiam cum deserere nollent, neque damnari Athanasium sustinerent (videbant enim interitum fidei cum Athanasii interitu esse conjunctum), Ariminum in exsilium ablegantur. Sanctus autem Athanasius, cum iterum comperisset Arianos in se quærendo amplius grassari, atque crudelius,

Ὁ δὲ Κωνστάντιος προσλαβὼν καὶ τὴν τἀδελφοῦ ἀρχὴν, καὶ τοὺς Ἑσπερίους ἐπισκόπους μεθέλκειν εἴς τε τὴν Ἀθανασίου κατάκρισιν καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ἐσπούδαζεν αἵρεσιν· διὸ καὶ σύνοδον διὰ ταῦτα κατὰ Μεδιόλανον πόλιν τῆς Ἰταλίας, ἀθροίζει. Καί τινας μὲν πρὸς τὸ οἰκεῖον διαστρέφει βούλημα· Διονύσιος δὲ, καὶ Εὐσέβιος, καὶ Ῥοδανὸς, Παυλῖνός τε καὶ Λουκίφερ τὸ οἰκεῖον καὶ τῆς εὐσεβείας μὴ καθυφίσαντες φρόνημα, καὶ οὐδ' Ἀθανασίου καταγνῶναι ἀνασχόμενοι (ᾔδεσαν γὰρ τὴν Ἀθανασίου κατάκρισιν τὴν τῆς πίστεως προοιμιάζεσθαι καθαίρεσιν) ἐν Ἀριμήνῳ ὑπερορίζονται. Γνοὺς δ' ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Ἀθανάσιος ὡς πάλιν κατ' αὐτοῦ πικρότερον τε καὶ φονικώτερον τὸ

VARIÆ LECTIONES.

74 αὐτὸν B. 75 ἐπιφημίζεται AB. 76 alterum ἐν add. A. 77 δὲ add. A. 78 τοσοῦτον B. 79 θανάτοις vel θανάτου B. 80 ἅμα] πρὸ B.

αἱρετικὸν παροξύνεται στῖφος, λαθὼν ἅπαντας τοὺς A clam omnibus in urbe ad virginem quamdam fu-
ἐν τῇ πόλει παρθένῳ τινὶ καταφεύγει, τῷ ἀνυποπτῳ git, nulla suspicione illic latitans. Erat enim ju-
τῆς κόρης κλέπτων τὴν εὕρεσιν. Ἦν γὰρ ἡ νεᾶνις vencula et formosissima, ut cohabitare illi virum
καὶ τὴν ὄψιν ὡραία, καὶ συνοικεῖν αὐτῇ μηδὲ τὸν aliquem, aut episcopum nemo suspicaretur, quæ
τυχόντα ἄνδρα, μήτι γε ἀρχιερέα, πολλὴν καὶ βε- annorum viginti erat. Igitur ei virginitatis custos,
βαίαν τὴν πληροφορίαν πᾶσι παρέχουσα· ἔτος δὲ et magister Athanasius armatos commemorat ad
τῆς ἡλικίας εἰκοστὸν ἦγεν [81] ἀπὸ γενέσεως· ἀνατί- cædem Arianos, extra urbem in omnibus se locis
θησιν οὖν αὐτῇ ὁ τῆς παρθενίας καὶ διδάσκαλος καὶ quæsitum, et Dei monitis salutem ei procurantis,
φύλαξ τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὅτι πρὸς μιαιφονίαν αὐτοῦ se ad illam venisse. Illa gaudens hominem sus-
ἐξοπλίζοιτο τὸ αἱρετικὸν, καὶ ὡς πάντα τὰ ἔξω τῆς cepit, et apud illam sex annos delituit, donec mors
πόλεως προκατείληπται ἐρεύναις, καὶ ὡς ἐκ θείας Constantii Athanasium liberavit. Toto enim tem-
ὄψεως τὴν σωτηρίαν αὐτῷ πρυτανευούσης πρὸς αὐ- pore prompte et religiose sancto viro illa minis-
τὴν ἥκοι. Ἡ δὲ μετὰ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου καὶ ὑπο- travit, quod parvi et magni, amici inimicique
δέχεται καὶ ἐπὶ ἓξ ἔτη κατακρύπτει· καὶ ἡ Κωνστα- juxta ignorabant.
ντίου τελευτὴ λύσις γίνεται τῆς ἀποκρυβῆς [1445 R.] Ἐν πᾶσι δὲ προθυμως καὶ σεβασμίως ἡ παρθένος ἐξυπ-
πρέπει τὸν ὅσιον, πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει μικρούς τε καὶ μεγάλους, καὶ τοὺς φιλοῦντας καὶ τοὺς διώκτας,
διαλανθάνουσα.

Προστάττει δ' οὖν ὁ Κωνστάντιος τοὺς μὴ βουλο- B Quare Constantius eos qui nollent per Italiam
μένους τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀρχιερέων τῇ Ἀρείου Arianæ sectæ subscribere, ecclesia ejiciendos, et
καθυπογράφειν ἐξωθεῖσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ [82] alios eorum loco subrogandos esse censet. Exsu-
ἀντ' ἐκείνων τοὺς δυσσεβεῖς ἐγκαθίστασθαι. Ὑπερ- lavit tunc etiam Liberius, qui post Julium Eccle-
ωρίζετο καὶ Λιβέριος τότε ὁ μετὰ Ἰούλιον τὸν θρό- siam pontifex tenuit, et pro illo creatur Felix,
νον Ῥώμης ἰθύνων, καὶ ἀντιχειροτονεῖται Φῆλιξ [83] qui statim oculorum privatione divinitus immissa
ὃς παραχρῆμα μὲν ποινῇ θεηλάτῳ τῇ τῶν ὀφθαλμῶν torquetur, postea pestilenti morbo consumptus
πηρώσει ὑποβάλλεται, ὕστερον δὲ καὶ λοιμικῇ νόσῳ periit. Eadem Meletius Antiochiæ præsul patitur,
καταζεθεὶς διαφθείρεται. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Μελέτιος ut ejus loco Euzoium hæretici sufficiunt, Con-
ὁ Ἀντιοχείας ὑφίσταται· καὶ ἀντικαθιστᾷ ἡ αἵρεσις stantinopoli Eudoxium, viros impios, et ob flagi-
τὸν Εὐζώϊον, ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ τὸν Εὐδόξιον, tiosam vitam hæresi dignissimos.
ἄνδρας δυσσεβεῖς καὶ τὸν βίον ἐπαξίους τῆς αἱρέσεως.

Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ Ἰουλιανὸν ὁ Κωνστάντιος **485*b*** Eodem tempore Constantius imperator Ju-
ἀναγορεύει Καίσαρα, καὶ πρὸς τὰς Γαλλίας [84] ἐκπέμ- lianum Cæsarem creat, et in Gallias mittit. Eodem
πει. Ἐγκαινίζει δὲ [788 H.] καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινου- tempore et Ecclesiæ nuper ædificatæ, cui nomen
κόλει παρ' αὐτοῦ νεουργηθεῖσαν ἐκκλησιαν· ἐπώνυμον C *Sophiæ*, dedicationem innovavit. Impius Eudoxius,
αὐτῇ ἡ τοῦ Θεοῦ Σοφία. Καὶ ὁ δυσσεβὴς Εὐδόξιος, cum thronum Constantinopoli suscepisset, in ipsa
κατὰ τὰ ἐγκαίνια ἐνθρονισθεὶς, πρώτην ἐκείνην τὴν dedicatione primam illam audacem, atque impu-
τολμηρὰν καὶ ἀφρονεστάτην ἀφῆκε φωνὴν, Ὁ Πατὴρ dentem emisit vocem, *Pater impius: Filius pius.*
ἀσεβὴς, ὁ Υἱὸς εὐσεβής. Θορύβου δὲ δικαίου τὸ Tumultu igitur magno, et seditione super hac re
πλῆθος περιλαβόντος, κακῷ τὸ κακὸν ἐπενόει κατευ- orta, malo malum restinguere conatur: *Ne turbet,*
νάζειν, καὶ, Μηδὲν ὑμᾶς, φησὶ, ταραττέτω· ὁ inquit, *vos dictum meum. Pater enim* ἀσεβὴς *est,*
μὲν γὰρ Πατὴρ ἀσεβὴς, ὅτι οὐδένα σέβει, ὁ δὲ *quia neminem colit: Filius autem* εὐσεβὴς *quia*
Υἱὸς εὐσεβὴς, ὅτι σέβει τὸν Πατέρα. Ταῦτα [85] *colit Patrem.* Dicente hæc impio Eudoxio, tumul-
τοῦ δυσσεβοῦς εἰπεῖν ἐπιμανέντος, ὁ θόρυβος εἰς tus quidem sedatus est, risus vero multus pro
χλεύην καὶ μυκτηρισμὸν ἐκλυθεὶς τοὺς πολλοὺς τῶν tumultu subsecutus est, adeo ut multi eorum ri-
συνειλεγμένων διεσκέδασε τῆς ἐκκλησιας. dentes ex ecclesia decederent.

Ὁ μέντοι γε Ἰουλιανὸς κατὰ τὰς Γαλλίας διατρι- Verum in Galliis Julianus agens, partis multis
βών, καὶ νικας ἀναδησάμενος κατὰ βαρβάρων, ὑπὸ de Barbaris victoriis coronatus, a militibus Augu-
τῶν στρατιωτῶν ἀνακηρύττεται βασιλεύς. Καὶ Κων- D stus creatur. Quod cum rescisceret Constantius,
στάντιος μαθὼν τὴν ἀνάρρησιν βαπτίζεται μὲν τῇ baptizatus ab Euzoio Dei adversario (3), ad bellum
θεομάχῳ χειρὶ Εὐζωίου, ἐξοπλίζεται δὲ κατὰ contra illum, qui exsurgebat, accinxit. At cum es-
τοῦ ἐπαναστάντος. Γενόμενος δὲ ἐν Μόψου [86] κρήνῃ set in Ciliciæ oppidulo Mopsocrene nomine, præ
(πολιχνιον δὲ τοῦτο τῆς Κιλικιας) ὑπὸ φροντιδων, αἷς sollicitudine ob bellum apoplexia correptus exspi-

VARIÆ LECTIONES.

[81] ἦγεν A : ἠνύετο αὐτῇ Ϛ. [82] καὶ om. pr. A. [83] Φλιξ Ϛ. [84] Γαλλίους A. [85] ταῦτα δὲ τοῦ Ϛ. [86] Μόμψου A.

NOTÆ

(3) Baronius Cardin. tomo III *Annal., Eccles.*, pag. 675.

rat, viginti quinque annis post mortem patris superstes, natus annos quadraginta quinque.

A αὐτὸν ὁ πόλεμος συνεῖχεν, ἀποπληξίᾳ ληφθεὶς τελευτᾷ, ἔτος μὲν ἄγων ἀπὸ γενέσεως πέμπτον καὶ τεσσαρακοστὸν, βασιλεύσας δὲ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι.

Georgius Alexandriæ templum desertum (in quo gentes olim, Mithræ sacrificia facientes, viros, feminas et pueros mactabant, exstis inspectis divinantes) expiare volebat, ut oratorium construeret. Expiato autem loco inveniuntur multorum capita occisorum. Christiani igitur, hisce inventis, ostentantes gentium mysteria veluti in pompa, nudas populo calumnias exhibebant in ludibrium. Græci pagani non ferentes opprobrium, ira accenduntur, et quidquid ad manum erat pro telis rapientes, impetum faciunt in Christianos. Hosque gladiis, illos lapidibus, alios B clavis, allos obviis quibuscunque interfecerunt, quosdam etiam in crucem egerunt. Georgium vero ecclesia eductum, et camelo alligatum, et discerptum, cum illo combusserunt.

Γεώργιος δ' ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ 87 ναὸν Ἑλληνικὸν 88 ἤδη 89 κατηρειπωμένον, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ Ἕλληνες τελετὰς ἐτέλουν τῷ Μίθρᾳ, θύοντές τε ἄνδρας, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ 90 τοῖς σπλάγχνοις αὐτῶν μαντευόμενοι, τοῦτον ἀνακαθαίρειν ἐπεμελεῖτο ἐπὶ τῷ ἀνοικοδομῆσαι εὐκτήριον. Ἀνακαθαιρομένου δὲ εὑρηται πολλὰ κρανία τῶν ἀνῃρημένων, καὶ τῶν Χριστιανῶν οἱ ζηλωταὶ ἐκπομπεύοντες τὰ τῶν Ἑλλήνων μυστήρια, εἰς γέλωτα τῷ δήμῳ καὶ χλεύην τὰ κρανία προάγουσι. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν τὴν ὕβριν οὐκ ἐνεγκόντες, ὀργῆς αὐτοῖς ἀθέου στρατηγούσης, ὁρμῶσι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοὺς μὲν ξίφεσι, τοὺς δὲ ῥοπάλοις, τινὰς δὲ λίθοις, ἄλλους δὲ τοῖς παρατυχοῦσιν ἀπέκτειναν, ἐνίους δ' αὐτῶν καὶ ἀνεσταύρωσαν· τὸν δὲ Γεώργιον τῆς ἐκκλησίας ἐξελκύσαντες καμήλῳ τε προσέδησαν, καὶ διασπαραχθέντα σὺν αὐτῇ πυρὶ παρέδοσαν.

Julianus autem, imperio potitus adhuc gentilis, studuit omnia Constantii facta abrogare, 484*a* ac relegatos omnes revocavit. Athanasius concepta spe exit e domo virginis, ubi latuerat, et nocte inventus est in ecclesia, quem Alexandrini festum agentes libenter acceperunt, veluti ex mortuis reviviscentem. Quicunque Ariani in urbe reliqui erant, pro Georgio Lucium creant.

Ἰουλιανὸς γε μὴν τὸ τῆς βασιλείας κράτος λαβὼν τὰ μὲν Ἑλλήνων ἐσπούδαζεν, ἃ δὲ Κωνσταντίῳ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέων πεπαρῴνητο, στέργειν οὐ προηρεῖτο 91· διὸ τοὺς ἐν ὑπερορίαις πάντας φωναῖς φιλανθρώποις ἀνεκαλέσατο. Ἐξ οὗ καὶ Ἀθανάσιος θαῤῥήσας ἔξεισι μὲν τῆς οἰκίας ἐν ᾗ κατεκρύπτετο 92 τῆς παρθένου, κατὰ νύκτα δὲ ἔνδον ὤφθη τῆς ἐκκλησίας. Καὶ ὁ Ἀλεξανδρέων δῆμος ἀσμένως αὐτὸν καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντα κατὰ ἑορτὴν φαιδρότητα ὑπεδέξαντο. [1448 R.] ὅσον δὲ ἀρειανίζον ἐν τῇ πόλει ὑπελείπετο, εἰς τὸν Γεωργίου τόπον Λούκιον προχειρίζονται 93.

At Julianus, qui idolis delectabatur, sacrificia C Constantinopoli Fortunæ offerebat pubice. Quo tempore etiam Mares Chalcedonis episcopus (4) manu ductus (laborabat enim præ senectute oculorum hebetudine) imperatorem apostatam jurgio lacessivit. Ille vero vicissim convicia regerebat, cæcum et improbum eum vocans, nec posse ei Galilæum Deum mederi exprobrabat. Mares vero libere regi respondit: *Gratias ago*, inquit, *Deo, qui occœcavit me, ne tuum impudens os ac tenebricosum viderem.* Tunc sane et Jovinianus, et Valentinianus, qui post hunc etiam imperarunt, solutas zonas projecerunt tyranno ante pedes, dicentes: *Accipe zonas, habe tibi honores tuos: exposita tibi etiam sunt corpora nostra*, si punire vis.

Ἰουλιανὸς δὲ πανταχοῦ μὲν 94 ἔσεβε τὰ Ἑλλήνων, ἔθυε δὲ κατὰ 95 τὴν Κωνσταντινούπολιν δημοσίᾳ τῷ τῆς Τύχης ἀγάλματι, ἡνίκα καὶ Μάρης ὁ Καλχηδόνος 96 χειραγωγούμενος (ἦν γὰρ ὑπὸ τοῦ γήρως 97 ὑπόχυσιν ἔχων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς) πολλὰ τὸν ἀποστάτην ἐκάκιζεν. Ὁ δὲ τυφλὸν καὶ πονηρὸν ἀντελοιδορεῖτο, καὶ ὡς ὁ Γαλιλαῖος αὐτοῦ Θεὸς οὐκ ἐθεραπεύσειεν 98 αὐτὸν ἐπωνειδίζει 99. Ὁ δὲ [789 H.] Μάρης· Τοῦτό με 1 προς τὴν μεγίστην εὐχαριστίαν κινεῖ τοῦ Θεοῦ, ὅτι με τυφλὸν ἔθετο, ἵνα τὸ σὸν ἀναιδὲς οὕτω δι' ἀτεβείας ἀμαυρωθὲν μὴ θεάσωμαι πρόσωπον. Τότε δὴ, τότε καὶ Ἰοβιανὸς καὶ Οὐαλεντινιανὸς, οἱ μετὰ ταῦτα κατὰ διαδοχὴν βασιλεύσαντες, λύσαντες αὐτῶν τὰς ζώνας τῷ 2 τυράννῳ προσέβριψαν, Ἔχε, λέγοντες, καὶ τὰς ζώνας 3 καὶ τάς τιμάς· εἰ βούλει δὲ καὶ κολάζειν, προθύμως σοι, τῷ 4 Ἰουλιανοῦ παραστάντες ἔφασαν 5, παρέχομεν καὶ τὰ σώματα.

Imperator ergo cum sociis deliberavit, ut Atha- D Ὁ μέντοι ἀποστάτης σὺν τοῖς ὁμόφροσι βουλὴν

VARIÆ LECTIONES.

87 Ἀλεξανδρείᾳ] Ἀντιοχείᾳ A. 88 Ἑλλήνιον A. 89 ἤδη A : δή ς. 90 καὶ ante τοῖς add. A. 91 προηρῆτο ς. 92 κατεκέκρυπτο B. 93 προχειρίζεται ς. 94 μὲν om. A. 95 κατὰ] καὶ κατὰ B. 96 Χαλκηδόνος B. 97 γήρους ς. 98 ἐκθεραπεύσειεν] ἂν θεραπεύσειεν B. 99 κατωνείδιζεν ς. 1 με A : γε ς. 2 τῷ— 3 ζώνας om. AB. 4 τῷ—5 ἔφασαν om. A.

NOTÆ.

(4) Mares Episc. cæcus D. Baronius tomo IV *Annalium Eccles.* ad annum Chr. 362.

βουλεύεται Ἀθανάσιον ἐκποδὼν ποιῆσαι, ἐννοούμενος ὡς, εἴπερ ἡ Ἀλεξάνδρου πόλις ἐκείνου ἀπαλλαγείη, ῥᾳδίως τοὺς ἐν αὐτῇ Χριστιανοὺς εἰς τὸ οἰκεῖον μεθελκύσει δυσσέβημα. Διὸ πάλιν συκοφάνται, καὶ πάλιν στρατηγὸς, καὶ πάλιν στρατὸς, καὶ παλιν Ἀθανάσιος ἐκζητούμενος, καὶ πάλιν φυγή. Καὶ τῆς ἐκκλησίας λάθρα διαδρὰς ὁλκάδος ἐπιβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν Θηβαΐδα ἴθύνεται, καὶ ὁ σατράπης ὄπισθεν [6] καταδιώκει· καὶ μηνύεται τοῦτο ὁ διωκόμενος, καὶ ὄψις αὐτὸν θεία παρακελεύεται ἀντιστρέψαι τὸ πλοῖον καὶ τὴν ἐναντίαν πλοΐζεσθαι [7]. Τῶν δὲ συνόντων κωλυόντων οὐ λόγοις μόνον ἀλλὰ καὶ δάκρυσι, μηδ' εἰς ὄλεθρον οὕτω προφανῆ ἑαυτὸν τε [8] κἀκείνους ἐκδοῦναι, ἐθάῤῥυνέ τε μηδὲν [9] δεδιέναι, καὶ ἀνεδίδασκεν ὡς τὸ θεῖον αὐτοῖς εἴη σύμμαχον. Ἐξ ὑποστροφῆς οὖν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀναγομένοις συναντῶσιν οἱ διώκοντες καὶ ἐπερωτῶσιν εἴ που ἴδοιεν Ἀθανάσιον φεύγοντα· οἱ δὲ ἠμείβοντο καὶ ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ὡς εἰ [10] ἐπιταχύνειαν τοῦτον καταλήψεσθαι. Καὶ τούτους μὲν πλανωμένους ἀπέπεμπον, αὐτοὶ δὲ θᾶττον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου κατήχθησαν. Καὶ βραχὺν χρόνον ἀποκρυβεὶς ὁ θεσπέσιος, Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἀποστάτου τὴν δίκην ἐν Πέρσαις ἀπαιτηθέντος, ἐπαῤῥησιάσατό τε καὶ τὴν τοῦ σεσωκότος πίστιν ἐδογμάτιζέ τε καὶ ἀνεκήρυττεν.

Ἀλλὰ γὰρ Ἰουλιανὸς μὲν ἐν Περσίδι ἀνῃρέθη, τῶν μὲν εἰς Πέρσην τινὰ τῶν αὐτομόλων τὴν ἀναίρεσιν ἀναφερόντων, τῶν δὲ εἴς τινα τῶν ὑποτελῶν στρατιωτῶν· ὁ δὲ πολὺς καὶ τῆς ἀληθείας ἐγγύτερος λόγος θεήλατον αὐτὸν ὑποστῆναι τὴν σφαγὴν ἐκδιδάσκει. Καταστρέφει δ' οὖν [11] τὸν βίον ἐν καὶ τριακοστὸν ὅταβιοὺς ἔτος, ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ μῆνας εἴκοσι. Καὶ διαδέχεται τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν ψήφῳ τοῦ παντὸς στρατεύματος Ἰοβιανὸς, οὗ καὶ μνήμην [12] ὁ λόγος ἔσχεν ἔμπροσθεν. Ἀλλ' οὗτος ὀκτὼ μῆνας μόνους ἐν τῇ βασιλείᾳ διαμείνας κατὰ Βιθυνίαν ἀπολείπει τὰ ἀνθρώπινα. Μετ' ἐκεῖνον δὲ Οὐαλεντινιανὸς, ἀνὴρ, ὥσπερ ὁ πρὸ αὐτοῦ, τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος· καὶ λαμβάνει κοινωνὸν (ὡς εἴθε μὴ ὤφελε) τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Οὐάλεντα τὸν ἀδελφόν. Καὶ μῆνα ἡμερῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει αὐτῷ δὲ λείπει τῆς Δύσεως τὴν ἀρχήν.

Ἐπεὶ δὲ οὗτος εἰς Δύσιν ἀπῆρεν, ὁ ἀδελφὸς μὲν ταῖς μητρικαῖς ὠδῖσιν, οὐκ ἀδελφὸς δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀντίπαλος τὴν πίστιν, πόλεμον ἄσπονδον κατὰ [790 H.] τῆς ὀρθοδοξίας κινεῖ. [1449 R] Καὶ πρῶτον μὲν τὸν θυμαστὸν Μελέτιον ὑπὸ Ἰουλιανοῦ ἀνακληθέντα καὶ τὸν οἰκεῖον ἀπειληφότα θρόνον ὑπερορίζει μετὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἀρχιερέων τε καὶ τῶν ἐν κλήρῳ λογάδων, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκταράσσει [16]. Καὶ στάσεις καὶ θόρυβοι χαλεπώτεροι τῶν φθασάντων διέσειον τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν. Δεδιὼς δὲ ὁ θεόληπτος μὴ ἄρα τῆς ἐν τῷ πλήθει στάσεως αὐτὸς τὴν αἰτίαν λάβοι, τέτταnasium ejiceret, ratus Christianos aliter ad impietatem minime traduci posse, nisi Alexandria ille pelleretur. Quare iterum oriuntur accusatores, iterum dux, et milites : rursum Athanasius quæritur, et fugit. Furtim itaque ex urbe fugiens conscendit navem, in Thebaidem venit. Satrapa illum a tergo secutus est : quod cum ille intelligeret, divina voluntate vertit navigium, et obviam insequenti navigat. Illis vero, qui sancto aderant inhibentibus, quin etiam plorantibus, ne in apertum discrimen se suosque conjiceret, ait sanctus Athanasius : Confidite, nolite timere, Deus enim una nobiscum pugnat. Itaque, converso cursu retro, feruntur Alexandriam versus. Occurrunt persecutores, et rogant num Athanasium 484*b* fugientem viderint. Illi autem responderunt se vidisse, nec procul abesse : si maturarent assecuturos. Sic illos errantes dimiserunt. Ipsi vero celeriter Alexandriam navem appulerunt. Parvoque tempore latitans Athanasius, Juliano in Persia divinitus interempto, cum libertate verbum Dei prædicabat, et salutarem fidem enuntiavit.

Julianus enim in Perside sublatus est, aliis quidem Persæ cuidam transfugæ mortem imputantibus, aliis vero alicui e militibus. Sed verisimilius est a pluribusque creditum divinitus illum interfectum esse. Itaque viginti tantum menses in imperii fastigio fuit Julianus : vixit autem annos unum et triginta. A morte igitur Juliani, consensu totius exercitus Jovianus regnum capessit, cujus paulo ante meminimus. Sed ille octo menses tantum imperio potitus in Bithynia obiit : cui Valentinianus succedit, pietatis propugnator, et regni socium fratrem Valentem (quod utinam minime factum) accipit. Sed Valentinianus triginta tantum dies Constantinopoli subsistens, Valenti Orientem concessit, ipse ad Occidentem se recepit.

διατρίψας ἀφορίζει μὲν Οὐάλεντι τὴν ἀνατολὴν,

Cumque in Occidentem venisset, frater ejus uterinus quidem, sed fide hostis, implacabile bellum orthodoxæ Ecclesiæ movit. Ac primum quidem sanctum Melitum a Juliano revocatum, et propriæ sedi restitutum et alios multos episcopos, et cleri præcipuos exilio multat. Deinde totam etiam Ægyptum turbat, tumultus, persecutioque major, quam antea unquam, Alexandriam invadit. Metuens itaque Athanasius, ne in se seditio transferretur, totos quatuor menses in patrium monumentum seipsum abdidit. Tatianus, tunc Ægypti præses, cædium, quibus multis Ægyptios affixerat, statim

VARIÆ LECTIONES.

[6] ὄπιθεν A. [7] πλωΐζεσθαι ς. [8] τε om. A. [9] μηδέν A : μή ς. [10] εἰ om. A. [11] δ' οὖν A : γοῦν ς. [12] καὶ τὴν μνήμην ς. [13] κατὰ τῆς ὀρθ. AB ; κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἤγουν τῆς ὀρθ. ς. [16] ἐκταράσσει] κατταράσσει A ; καταῤῥάσσει B.

pœnas divina vindicta dedit. Simul enim dignitate, et pecuniis privatus stipem petiit, 485*a* et cæcus ignominiose mortuus est. Tantis igitur malis ubique grassantibus, terræmotus superveniens universalis, multas urbes evertit, et decem (5) in Creta : mare etiam terminos excessit. Quædam enim loca adeo inundavit, ut quæ consita ante fuerant, navigarentur. Aliis autem locis tantum recessit, ut in sicco reperti sint navigantes. Sed his omnibus non resipuit Valens. Quoniam autem propter absentiam sancti Athanasii totus populus Alexandriæ ejus desiderio tumultuabatur, dicebatque non tantum se onerarias naves, verum etiam publica ædificia igne consumpturum, nisi Athanasium reciperet, cum resciscceret impius Valens, per litteras significavit, ut intrepide Ecclesias regeret Athanasius.

Antiochiam autem profecturus imperator, cum impius Eudoxius, qui novemdecim annos contra pios implacabile gesserat bellum, mortuus esset, in via ad Nicomediam detinetur: tum vero Ariani in mortui locum Demophilum subrogant. Orthodoxi vero Evagrium quemdam, cui manus beatus Eustathius ordinando imponit, qui olim ante Meletium Alexandrinæ præfuisset Ecclesiæ, et ab Arianis ejectus, ab exsilio autem revocatus, a Joviano pio Constantinopoli tunc morabatur. Quibus cognitis, Valens facta Arianorum cum gaudio probavit: præcones autem pietatis, Eustathium quidem qui ordinaverat, armata manu Bizyen Thraciæ urbem in exsilium pellit, Evagrium vero ordinatum alio ablegat. His ita confectis, Valens impius Antiochiam venit, eadem in pios faciens, et excogitans, et his multo deteriora. Diversa enim morte Christianos afficit, et multos in fluvium Orontem mergit.

Seditione itaque hanc oram occupante, post multa et diuturna pro pietate certamina, et labores, ad communem dominum, quem dilexerat, et pro quo passus erat gaudens athleta, ut coronas consequatur, Athanasius commigravit, consumptis (6) quadraginta 485*b* annis in sacerdotio vel potius in labore pro fide orthodoxa.

Liber unde hæc excerpsimus, negligentiam po-

ρας ὅλους μῆνας ἐαυτὸν ἐν πατρῴῳ [15] τάφῳ κατακρύπτει. Ὁ δὲ τοὺς κατὰ τὴν Αἴγυπτον φόνους παλαμώμενος Τατιανὸς ἦν ὁ ταύτης ἔπαρχος [16], ὃν ἡ θεία δίκη καὶ τῆς μιαιφονίας καὶ τῆς δυσσεβείας θᾶττον μετῆλθε · τοῦ τε γὰρ ἀξιώματος καὶ τῶν πολλῶν ἐκπίπτει χρημάτων, καὶ τῆς τροφῆς αὐτῆς ἐπαίτης ἦν · ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποβαλὼν τὸν βίον ἀλγεινῶς τε καὶ αἰσχρῶς καταστρέφει. Ἐν τούτοις δὲ κυμαινομένων τῶν ὅλων σεισμὸς ἐπισκήπτει τῶν πώποτε γεγενημένων ὁ μέγιστος, καὶ πολλὰς ἐδαφίζει τῶν πόλεων, ἀτὰρ δὴ καὶ τῆς Κρήτης τὰς δέκα πόλεις κατηρείπωσε · καὶ ἡ θάλασσα τῶν ἰδίων ὅρων ὑπερχυθεῖσα πολλὴν μὲν τῆς ἠπείρου ἀποτεμομένη, θάλασσαν νέαν ἔδειξε, πολλὴν δὲ τῆς ὑποδρυχίου ἀρότρῳ ὑπέθηκεν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐσωφρόνισε [17] τὸν Οὐάλεντα. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀλεξανδρέων δῆμος πόθῳ καὶ πίστει τοῦ ποιμένος ἐστασίαζέ τε καὶ πάντα πράξειν ἠπείλει, καὶ τά τε σιτηγὰ τῶν πλοίων καὶ αὐτοὺς τοὺς δημοσίους σιτοβολῶνας, εἰ μὴ τὸν διδάσκαλον ἀπολήψοιντο, πυρὶ δοῦναι [18] διετείνοντο, γνοὺς ταῦτα ὁ δυσσεβὴς Οὐάλης, διὰ γραμμάτων δίδωσιν Ἀθανασίῳ πᾶσαν ἄδειαν τὰς Ἐκκλησίας ἰθύνειν.

Ἐξορμᾷν δὲ μέλλων εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπεὶ Εὐδόξιος ὁ μισόχριστος ὁ δέκα [19] καὶ ἐννέα ἔτη κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἄσπονδον πόλεμον ἀνελάβων ἀπεφθάρη, τῆς ὁδοιπορίας κατὰ τὴν Νικομήδειαν ἐπεσχέθη. Καὶ οἱ μὲν ἐξ Ἀρείου Δημόφιλον χειροτονοῦσιν, οἱ δὲ τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύοντες Εὐάγριόν τινα, τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου τὴν τελεσιουργιαν χειρισαμένου, ὃς πρὸ Μελετίου τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν ποιμαίνων [20], ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν συνεσκευάσθη, καὶ τῆς ὑπερορίας ψηφίσματι τοῦ εὐσεβοῦς Ἰοβιανοῦ ἀνακληθεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει διέτριβεν. Ὁ δὲ δυσσεβὴς Οὐάλης, μαθὼν τὰ πραχθέντα, οἷς μὲν οἱ ἐξ Ἀρείου ἔπραξαν, συνήσθη τε καὶ ἠγάπησε, τῶν δὲ [21] κηρύκων τῆς εὐσεβείας Εὐστάθιον μὲν τὸν χειροτονήσαντα διὰ στατιωτικῆς χειρὸς ἐν Βιζύῃ πόλει τῆς Θρᾴκης περιορίζει, Εὐάγριον δὲ τὸν χειροτονηθέντα ἄλλῃ συνεῖχεν ὑπερορίᾳ. Καὶ ταῦτα πράξας ὁ δυσσεβὴς ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου ἀφικνεῖται, τὰ αὐτὰ κατὰ τῶν εὐσεβούντων καὶ πράττων καὶ διανοούμενος, μᾶλλον δὲ πολλῷ χείρονα. Καὶ γὰρ διαφόροις θανάτοις τοὺς εὐσεβοῦντας ὑπῆγε· μάλιστα δὲ τῶν φόνων αὐτῷ τὸ προχειρότατον ἦν [22] ποταμὸς ὁ Ὀρόντης.

Τῆς συγχύσεως οὖν καὶ ταραχῆς [23] ταύτης τὴν οἰκουμένην ἀνατρεπούσης [791 H.], μετὰ τοὺς πολλοὺς, καὶ μακροὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἄθλους καὶ καμάτους, εἰς τὸν κοινὸν Δεσπότην, ὃν ἐφίλει καὶ ὑπὲρ οὗ ἔπασχε, χαίρων ὁ ἀθλητὴς, ἵνα τύχῃ τῶν ἐπάθλων, ἀπεδήμησεν, ἔτη διαγέσας ἐν τῇ ἀρχιερατικῇ τελετῇ, μᾶλλον δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσμασι, τεσσαράκοντα.

Ὅτι ἡ συγγραφὴ ἐξ ἧς ἡ προκειμένη πρεῖλθεν

VARIÆ LECTIONES.

[15] πατρῴων ς. [16] ἐπάρχων A. [17] ἐσωφρόνει B. [18] δοῦναι A : παραδοῦναι ς. [19] ὁ δέκα AB : δώδεκα ς. [20] ποιμαίνων mg. libri ποιμαίνειν. [21] δὲ add. A. [22] ἦν add. B. [23] τῆς — παραχῆς om. pr. A.

NOTÆ.

(5) Centum habet Metaphrastes.

(6) Sex et quadraginta, Simeon Metaphrastes.

ἐκλογή, μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἡμελημένον ἢ τὸ διηκριβωμένον ἔχει τὴν ῥοπήν, μάλιστα δ' ἐν τῇ τῶν νοημάτων οἰκονομίᾳ. Ἐν [24] πολλοῖς δὲ κεφαλαίοις καὶ καινότερα παρὰ τοὺς ἄλλους ἱστορεῖ. A tius quam diligentiam redolet, maxime vero distributione sensuum multis capitibus recentia præ aliis narrat.

ΛΟΓΟΙ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΡΗΤΟΡΩΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ,

Ἀντιφῶντος.	Αἰσχίνου.
Ἰσοκράτους.	Δημοσθένους.
Ἀνδοκίδου.	Ὑπερίδου.
Λυσίου.	Δεινάρχου.
Ἰσαίου.	Λυκούργου.

ORATIONES DECEM GRÆCIÆ ORATORUM (7),

Antiphontis.	*Æschini.*
Isocratis.	*Demosthenis.*
Andocidæ.	*Hyperidis.*
Lysiæ.	*Dinarchi.*
Isæi.	*Lycurgi.*

ΣΝΘ'

Ἀντιφῶντος λόγοι.

CCLIX.

Antiphontis orationes.

[1452 R.] Ἀνεγνώσθησαν Ἀντιφῶντος λόγοι διάφοροι. Εἰσὶ δ' αὐτοῦ οἱ λέγοι τὸ ἀκριβὲς καὶ πιθανὸν καὶ περὶ τὴν εὕρεσιν δεινὸν οἰκειούμενοι. Ἔστι δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ τὰς ἐπιχειρήσεις ἐξ ἀδήλου ποιούμενος, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα στοχαζόμενος. Ὁ μέντοι Σικελιώτης Καικίλιος [25] μὴ κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς κατὰ διάνοιαν σχήμασιν, ἀλλὰ κατευθὺ αὐτῷ καὶ ἁπλάστους τὰς νοήσεις ἐκφέρεσθαι, τροπὴν δὲ ἐκ τοῦ πανούργου καὶ ἐνάλλαξιν οὔτε ζητῆσαι τὸν ἄνδρα οὔτε χρήσασθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν δὴ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φυσικῆς αὐτῶν ἀκολουθίας ἄγειν τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὸ βούλημα. Οἱ γὰρ πάλαι ῥήτορες ἱκανὸν αὐτοῖς ἐνόμιζον εὑρεῖν τε τὰ ἐνθυμήματα καὶ τῇ φράσει περιττως ἀπαγγεῖλαι. Ἐσπούδαζον γὰρ τὸ ὅλον περὶ τὴν λέξιν [26] καὶ τὸν ταύτης κόσμον, πρῶτον μὲν ὅπως εἴη σημαντικὴ καὶ εὐπρεπὴς, εἶτα δὲ [27] καὶ ἐναρμόνιος ἡ τούτων σύνθεσις· ἐν τούτῳ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἰδιώτας διαφορὰν ἐπὶ τὸ κρεῖττον περιγίνεσθαι, Εἶτα εἰπὼν ὡς ἀσχημάτιστος εἴη κατα διάνοιαν ὁ τοῦ Ἀντιφῶντος λόγος, ὥσπερ ἐπιδιορθούμενος ἑαυτὸν, Οὐ τοῦτο λέγω, φησὶν, ὡς οὐδὲν εὑρίσκεται διανοίας παρὰ Ἀντιφῶντι σχῆμα· καὶ γὰρ ἐρώτησίς ποο καὶ παράλειψις [28] καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἔνεισιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις· ἀλλὰ τί φημι ; ὅτι μὴ κατ' ἐπιτήδευσιν μήτε συνεχῶς ἐχρήσατο τούτοις, ἀλλ' ἵνα ἂν ἡ φύσις αὐτὴ μεθοδείας τινὸς χωρὶς [29] ἀπῆγεν· ὃ δὴ καὶ περὶ τοὺς τυχόντας τῶν ἰδιωτῶν ἔστιν ὁρᾷν. Διὰ τοῦτο καὶ ὅταν τις ἀσχηματίστους εἶναι λέγῃ λόγους, οὐ καθάπαξ οἰητέον [30] τῶν σχημάτων αὐτοὺς ἀπεστερημένους εἶναι (τοῦτο γὰρ ἀδύνατον) ἀλλ' ὅτι τὸ ἐμμέθοδον καὶ συνεχὲς καὶ ἐρρωμένον τῶν σχημάτων οὐκ ἔστιν ὁρώμενον ἐν αὐτοῖς. Φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ξ' ὧν ὁ Καικίλιος κ' καὶ ε' φησὶν αὐτοῦ κατεψεύδεσθαι, ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον ε' καὶ λ'.

Lectæ sunt Antiphontis variæ Orationes : quæ accusationem, persuasionem, et in inveniendo gravitatem continent. In quæstionibus dubiis artificiosus, et ex obscuris ratiocinans, et ad leges, et affectus orationes convertens, decoro maxime studet. Cæcilius quidem Siculus ait non uti hunc oratorem figuris sententiarum, sed directe ab illo non ficte animi cogitata efferri. Conversionem vero callidam et mutationem, neque illum quærere, nec uti, sed per ipsos sensus, et naturalem eorum consequentiam, quo velit auditorem trahere. Antiqui enim oratores sufficere sibi arbitrabantur invenire Enthymemata, et phrasi eximia pronuntiare. Toti enim circa dictionem occupabantur, et ejus ornatum. Primum quidem, qua ratione esset significativa et venusta : deinde modulata eorum compositio. In hoc enim se ab idiotis differre ac præstare credebant. Deinde cum dixisset sine figuris sententiarum esse Antiphontis orationem, tanquam corrigens seipsum: *Non hoc*, inquit, *dico quasi nulla in Antiphonte figura sententiarum inveniatur; etenim interrogatio et responsio, et alia similia apparent in ejus orationibus: sed quia non de industria, neque continenter usus est illis, sed quo natura ipsa sine aliqua methodo duxit, quod videre est in orationibus passim obviis imperitorum, ideo et cum aliquis sine figuris dixerit esse orationes, non omnino putet illas figuris carere* (hoc enim fieri nequit), *sed quia artificium perpetuusque ductus ac vehementia figurarum in ipsis non apparent*. Dicuntur illius orationes sexaginta, quarum Cæcilius viginti quinque 486*a* falso ilii ascribi ait, ut restent tantum triginta quinque.

VARIÆ LECTIONES.

24 ἐν et δὲ add. A. 25 libri Κεκίλιος. 26 περί τε τὴν ς. 27 δὲ add. A. 28 παράληψις ς. 29 ψωρίς τινος B. 30 οἴηται ς.

NOTÆ.

(7) **Decem Græciæ oratorum hæc Elogia, Plutarchi nomine magnam partem, opusculis, ut vocant, *Moralibus* circumferuntur. At hic longe, quam ibi, auctiora. Certe utrobique collectanea, verius, quam integra, scriptio apparet, quæ Photius, si Plutarchi esse putasset, cum non longe hinc e Parallelis excerpta cederit, haud dubie non præteriisset. Lamprias tamen, ne quid dissimulem, in censum Plutarchi recipit, etsi quædam in Demosthene hic quam in ejus Vita, diverse narrantur.**

Hic patri suo Sophilo operam in studiis dedit. Cæcilius vero hujus oratoris magistrum facit historicum Thucydidem. Dissensisse vero illum a Socrate non contentionis, sed investigandæ veritatis gratia. Primum autem condidisse dicit orationes judiciales. Præcedentium enim nemo hoc genere orationis usus esse deprehenditur : neque reperias judicialem orationem scriptam ante tempora Antiphontis. Primum quoque artem rhetoricæ referunt tradidisse, solers cum esset, et inde Nestoris cognomen sortitum. Plato in Pisandro illum ut avarum incessit. Fama est illum etiam tragœdias composuisse, privatim quidem, et cum Dionysio Tyranno cohabitantem. Studentem vero prius poesi, artem aiunt illum reperisse qua tristitia depelleretur, et juxta forum Corinthi domunculæ cuidam a se constructæ sic inscripsisse: Se oratione sua dolorem posse pellere. Etenim interrogando mœroris causas tristes consolabatur. Hoc studium minus esse putans, quam ingenii sui præstantiam deceret, ad oratoriam iterum se convertit. Scripsit etiam orationem contra Hippocratem medicum, et illum indicta causa damnavit. Floruit autem ea tempestate qua bellum gestum cum Persis, paulo ante Gorgiam sophistam natus. Extendit vero vitam usque in id tempus, quo popularis status est a 400 (8) Tyrannis sublatus, cujus mutationis et ipsum causam una fuisse aiunt. Quamobrem et soluta borum tyrannide, in jus vocatus damnatur, et proditorum pœna inscpultus projectus est, et infamia notatus non modo ipse, sed ejus etiam omnes posteri. Lysias vero contra narrat illum potius a quadragentis tyrannis interfectum esse. Alii ferunt illum legatum ad Dionysium Tyrannum profectum, et quæstione quadam proposita, quodnam esset optimum æs, illud optimum esse dixisse, ex quo statuæ Hermodio et Aristogitoni factæ essent. Audientem vero Dionysium, et in se hæc dici suspicantem, et necis suæ incitamentum esse, capitis oratorem 486*b* condemnasse. Alii vero propterea occisum commemorant, quod Dionysii illius tragœdias liberius perstrinxisset.

Οὗτος τῷ οἰκείῳ πατρὶ Σοφίλῳ σοφιστεύοντι μαθητεῦσαι λέγεται· Καικίλιος δὲ Θουκυδίδου [32] τοῦ συγγραφέως μαθητὴν γεγονέναι φησὶ τὸν ῥήτορα, Διενεχθῆναι δέ φασιν αὐτὸν καὶ Ζωκράτει [33] τῷ φιλοσόφῳ, οὐ πρὸς [34] φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ὁρῶντα [35]. Συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν φασι τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς [792 H.] λόγους. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, οὐδ' ἔστι λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι [36] πρότερον γεγραμμένων. Πρῶτον δὲ αὐτὸν καὶ ῥητορικὰς συντάξασθαί φασι τέχνας, ἀγχίνουν γεγονότα· διὰ τοῦτο λαβεῖν ἐπώνυμον καὶ τὸν Νέστορα. Κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν εἰς φιλαργυρίαν Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. Λόγος δέ αὐτὸν καὶ τραγῳδίας συνθεῖναι, ἰδίᾳ τε καὶ Διονυσίῳ συνδιατρίβοντα τῷ τυράννῳ. Σχολάζοντα δὲ πρότερον τῇ ποιήσει τέχνην φασὶν αὐτὸν ἐξευρεῖν [37] ἀλυπίας, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐν Κορίνθῳ [1453 R.] οἰκημάτιόν τι οἰκοδομήσαμενον ἐπιγράψαι δύνασθαι αὐτὸν τοὺς λυπουμένους διὰ λόγων [38] θεραπεύειν· καὶ δὴ καὶ πυνθανόμενος τὰς αἰτίας τῆς λύπης τοὺς ἀνιωμένους παρεμυθεῖτο. Τοῦτο δέ τὸ ἐπιτήδευμα ἧττον εἶναι νομίσας τῆς ἑαυτοῦ μεγαλονοίας, ἐπὶ ῥητορικὴν ἐτράπη. Συνεγράψατο δὲ καὶ κατὰ Ἱπποκράτους τοῦ ἰατροῦ λόγον, καὶ εἶλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμου. Ὁ δὲ χρόνος ἦν, καθ' ὃν ἤκμαζεν, ἐν ᾧ διαπέπρακται τὰ Περσικά, ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς· παρέτεινε δὲ τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν υ' γεγενημένης καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν· διὸ καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν υ' εἰσαγγελθεὶς ἑάλω, καὶ τοῖς τῶν προδοτῶν ἐπιτιμίοις ὑποβληθεὶς ἄταφος ἐρρίφη, καὶ γέγονεν ἄτιμος, οὐκ αὐτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ φύντες. Λυσίας δὲ τοὐναντίον ἱστορεῖ· φησὶ γὰρ μᾶλλον αὐτὸν ὑπὸ τῶν υ' ἀνῃρῆσθαι, Οἱ δέ φασιν αὐτὸν πρεσβευτὴν πρὸς Διονύσιον τὸν τύραννον παραγεγονότα, καὶ ζητήσεώς τινος παραπεσούσης τίς ἄριστός ἐστι χαλκὸς, αὐτὸν ἄριστον εἶναι φάναι ἐξ οὗ στῆλαι Ἁρμοδίῳ πεποίηνται καὶ Ἀριστογείτονι· ἀκούσαντα δὲ τὸν Διονύσιον, καὶ εἰς αὐτὸν ὑπονοήσαντα τὸν λόγον ἀπερρῖφθαι καὶ προτροπὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ καταλύσεως, τὴν ἐπὶ θανάτῳ τὸν ῥήτορα καταδικάσαι. Οἱ δέ διότι, φασὶ, τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διασύρων ἐπαῤῥησιάζετο.

CCLX.

Isocratis orationes.

Legimus varias orationes Isocratis. Dicuntur numero sexaginta, quarum quinque et viginti Dionysio legitimæ sunt, Cæcilio viginti octo. Scripsisse autem illum artem rhetoricæ tradunt, quam et ejus nomine inscriptam scimus. Alii vero tradunt hunc in orationibus magis exercitatione quam arte usum esse.

ΣΞ'.

Ἰσοκράτους λόγοι.

Ἀνεγώσθησαν Ἰσοκράτους λόγοι διάφοροι. Φέρονται δὲ αὐτοῦ τὸν ἀριθμὸν ξ', ὧν ἐκρίθησαν γνήσιοι κατὰ μέν Διονύσιον ἐπὶ τοῖς ε' κ' [39] κατὰ δὲ Καικίλιον η' καὶ κ'. Γεγραφέναι δὲ αὐτὸν καὶ [40] τέχνην ῥητορικὴν λέγουσιν, ἣν καὶ ἡμεῖς ἴσμεν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιγραφομένην τῷ ὀνόματι· οἱ δὲ συνασκήσει μᾶλ-

VARIÆ LECTIONES.

[31] καὶ om. B. [32] Θουκυδίδην ς. cf. Wyttenbach. Plutarch. 4, p. 341. [33] Ζωκράτει B : Σωκράτῃ ς. [34] οὐ πρός—[35] ὁρῶντα] πρὸς ἔλεγχον ὁρῶντα, οἱ πρὸς φιλονεικίαν B. [36] Ἀντιφῶντι—γεγραμμένων] imo Ἀντιφῶντος—γεγραμμένον. [37] ἐξευρεῖν αὐτόν B. [38] λόγου B. [39] ε' καὶ κ' ς. [40] καὶ ante τέχνην add. A.

NOTÆ.

(8) Quadraginta habet Plutarchus ut ibi numeri nota peccatum appareat, et υ, pro μ, reponendum.

λον ἢ τέχνῃ χρήσασθαι κατὰ κοὺς λόγους τὸν ἄνδρα φασί.

Γέγονε δὲ κατὰ τὴν π' καὶ ϛ'. Ὀλυμπιάδα. νεώτερος μὲν Λυσίου ἐπὶ δυσὶν ἔτεσι καὶ κ', Πλάτωνος δὲ πρεσβύτερος ι' δεύντων τριῶν. Ἦν δὲ πατὴρ Θεοδώρου Ἐρχιέως [41], ἑνὸς τῶν μετρίων πολιτῶν. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τελῶν ἠκροάσατο Πρωδίκου τε τοῦ Κείου [42], καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου [43], καὶ τοῦ ῥήτορος Θηραμένους. [793 H.] Εἰς ἄνδρας δὲ τελέσας πραγμάτων μὲν ἀναχωρεῖ τῶν πολιτικῶν, ὅτι τε τὴν φωνὴν ἰσχνὸς ἦν καὶ σὸν τρόπον εὐλαβής· τὰ πατρῷα μέντοι ἀποβεβληκὼς ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ, ἕνα μόνον τὸν τῆς ἀντιδόσεως λόγον εἰπὼν ἀπέστη της τοιαύτης προαιρέσεως. ἰδίαν δὲ διατριβὴν ὑποστησάμενος ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ γράφειν ὥρμησε, καὶ ὁ τε πανηγυρικὸς οὐτῷ λόγος συνετάγη καὶ τινες ἄλλοι τῶν συμβουλευτικῶν ἡγουμένῳ ταῖς παραινέσεσι τοὺς Ἕλληνας φρονεῖν ἐκδιδάξαι τὰ συμφέροντα. Ἀποτυχὼν δὲ τῆς γνώμης, τούτου μὲν ἀπέστη τοῦ ἐπιτηδεύματος, σχολῆς δὲ σοφιστικῆς ἠγεῖτο, ὡς μέν τινές φασι, τὰ πρῶτα ἐπὶ Χίου, μαθητὰς ἔχων ἐνιαχοῦ, ἡνίκα καὶ τὸν μισθὸν ἰδὼν τῆς διδασκαλίας ἀριθμούμενον φάναι δακρύσαντα, ὡς Νῦν ἐμαυτὸν ἔγνων τούτοις πεπραμένον. Ἠκροάσαντο δὲ αὐτοῦ ἄλλοι τε πολλοί, ὡς καὶ εἰς ἑκατὸν συντελέσαι, καὶ δὴ καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, μεθ' οὗ καὶ πολλὰς ἑκτῶν πόλεις τὰς πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολὰς συνετίθει, αἳ τὸν Τιμόθεον ἐπεγράφοντο. [1456 R.] ὅθεν ἐκεῖνος ταλάντῳ αὐτὸν ἐδωρήσαντο. Γεγόνασι δὲ αὐτοῦ ἀκροαταὶ καὶ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, οἷς [44] καὶ ταῖς ἱστορικαῖς συγγραφαῖς προὐτρέψατο χρήσασθαι, πρὸς τὴν ἑκάστου φύσιν ἀναλόγως καὶ τὰς ὑποθέσεις τῆς ἱστορίας αὐτοῖς διανειμάμενος· ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀσκληπιάδης, ὃς τὰ πραγῳδούμενα [45] συνεγράψατο, Θεοδέκτης δὲ [46] ὁ Φασηλίτης, καὶ αὐτὸς ὕστερον τραγῳδίας συνταξάμενος· ἀλλὰ καὶ Λασθάμας ὁ Ἀθηναῖος καὶ Λάκριτος ὁ νομοθετήσας [47] Ἀθηναίοις, ὡς δὲ φασιν ἄλλοι, καὶ Ὑπερείδης καὶ Ἰσαῖος. Δημοσθένης δὲ προσῆλθε μὲν αὐτῷ μετὰ σπουδῆς, καὶ χιλίας μὲν, ἃς εἰσεπράττετο, οὐκ ἔχειν ἔφη [48] παρασχεῖν, διακοσίας δὲ ἐφ' [49] ᾧ τὸ πέμπτον μέρος ἐκμαθεῖν δώσειν· πρὸς δὲ ταῦτα τὸν Ἰσοκράτην ἀποκρίνασθαι, ὡς Οὐ τεμαχίζομεν τὴν πραγματείαν, ἀλλ' εἰ βούλοιο, ὁλόκληρόν σοι ἀποδώσομαι [50] τὴν τέχνην.

Τὸν μὲν οὖν περὶ τῆς ἀντιδόσεως καὶ τὸν πανηγυρικὸν καὶ τινας τῶν συμβουλευτικῶν εἴρηταί μοι ὅπως τε καὶ ὅτε συνέταξεν. Ξενίθηκε μέντοι τὸν πανηγυρικὸν, οἱ μὲν ἔτεσί φασι ι', οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις ἕτερα ε'. Καίτοι [51] Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου τῶν ἐνθυμημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων μικροῦ μεταβολὴ καθέστηκε καὶ μετάθεσις ὁ πανηγυρικὸς Ἰσοκράτους λόγος. Διοτρῖψαι δ' ἄν τις οἰηθείη μακρὸν οὕτω χρόνον τοῦ πανηγυρικοῦ προσεδρεύοντα τὸν ῥήτορα τῇ συνθήκῃ διὰ τὸ τῆς λέξεως κατεσκευασμένον καὶ περιττὸν, καὶ διὰ τὴν εἰς ἀκρίβειαν τῶν

A Natus est circa Olympiadem octogesimam sextam. Junior Lysia annis viginti et duobus, Platone septem annis antiquior. Erat autem filius Theodori sacerdotis inter mediocres cives. Etiamnum puer audivit Prodicum Chium, et Gorgiam Leontinum, et Tisiam Syracusanum, et Theramenem rhetorem, Jam vir reipublicæ curam non admisit; quia gracili voce erat ac timidus: paternasque respiciens calamitates bello Laconico acceptas, unam solam De retributione orationem habuit, et a dicendo deinceps abstinuit. Institutoque ludo, philosophari et scribere est aggressus, ac panegyricum, et quasdam in genere deliberativo scripsit orationes, ratus ita Græcos ad ea quæ officio homestatique sunt consentanea, posse incitari.

B Quod institutum cum minime feliciter succederet, distitit postea alias orationes scribere. Ludum autem tenuit primo in Chio, cum, ut nonnulli tradunt, novem haberet auditores: ex quo cum videret numeratam mercedem, collacrymans ait: *Ut meipsum his præbui vendendum*. Auditores postea habuit centum, multos quidem alios, sed imprimis Timotheum Cononis filium, quocum multas adiit civitates, cum illas scriberet epistolas, quæ sunt a Timotheo missæ ad Athenienses: inde talentum dono accepit. Dedit se quoque illi ad audiendum Xenophon Grylli filius Theopompus Chius, et Ephorus Cumæus, quos ad scribendam historiam incitavit, ad captum cujusque apte argumenta historiæ distribuens: ad hæc et Asclepiades, qui tragœdias 487*a* scripsit, et Theodectes Phaselites, qui etiam postea

C Tragœdias composuit. Quin etiam Leodamas Atheniensis, et Lacritus, qui auctor legum Atheniensibus ferendarum fuit. Ferunt autem nonnulli et Hyperidem et Isæum auditores fuisse, et Demosthenem ad eum studiose accessisse, dixisseque se mille drachmas, quo pretio ille docebat, præbere non posse, daturum vero ducentas, ut quintam artis partem disceret. Isocratem autem respondisse: *Artem non in frustra dissecamus, sed si discere voles, totam bene dicendi artem tibi vendam.*

D Itaque orationem *De retributione*, panegyricum, et alias in suasorio genere, ut diximus, quasdam composuit: panegyricum aiunt decem annis alii, alii quinque annis elaborasse, quanquam a Gorgiæ Leontini, et Lysiæ enthymematis et epicherematis parum mutata est oratio panegyrica Isocratis. Credat jure aliquis tam longo tempore orationem hanc edolasse *Oratorem*, dum inhæret compositioni, propter ornatum orationis, et abundantiam, et propter sedulam electionem in verbis, et mutuam partium concinnitatem, imo accuratam incisorum ac membrorum constru-

VARIÆ LECTIONES

Textus. Helenopontus duos metropolitanos habet, etc., *usque ad* ut const. 39, ejusdem tit., *ut pag.* 510.

Scholium. Novella 28 posita est in lib. VI. Basil. tit. 12, cap. 1, quæ hic a nobis [ideo] non est posita, quod quarum regionum mentionem facit, illarum multum ab impiis Barbaris immutatus sit status, eaque ratione irritæ factæ sint novellæ. Novella vero 29 scripta est in lib. Basil. 6, tit. 13, cap. 1; hic autem propter eamdem causam non est posita. Porro 35 const. tit. 3 lib. I, cod. est cap. 3, tit. 1 lib. 3, Basil., quod sic ait : Eum, qui quamcunque veterem aut recens conditam civitatem proprii episcopatus jure, aliove privilegio privat, tametsi principis permissu [id faciat] : infamia notat multatque bonis constitutio, ac simul inceptum facit irritum. Excipit autem Scythiæ provincias, et Leontopolim in Isauria. [Deinceps] vero huic loco insertæ legi (cap. videlicet 3, tit. I, lib. 3) animum ne advertas. Siquidem a canone 7 Chalcedonensis concilii, et canone 38 in Trullo [habiti] concilii, est abrogata. Legas autem 38 illum canonem, ejusque expositionem. Inserta sunt enim illi scripti imperatorii verba, quæ, quomodo imperatoribus jura privilegiaque ecclesiastica transmutare concedatur, explicant. Constit. 39, tit. 3, lib. I, cod. quæ statuit ne quis præsul duorum monasteriorum fiat, [quanquam] nullius efficaciæ esse debeat, quod in Basilicis posita non sit : efficaciam [tamen] habet ex interpretatione 14 canonis concilii septimi constituentis, ne quis in duabus ecclesiis unius urbis clericus fiat. Si namque non permittitur cuiquam in duabus ecclesiis clericum fieri, multo magis præsul duo monasteria non moderabitur : quemadmodum neque unum caput duo corpora. Quod autem Pantocratorenus præsul multis monasteriis præest, non adversatur canoni. Nam multa illa monasteria ut unum reputantur, quod auctarii instar ad illum devenerunt.

CAP. XXI. — *De his qui ordinant in civitatibus, aut provinciis, quæ sub ipsis non sunt.*

Apostolorum canon 35; concilii Antiocheni canon 13, 22; concilii Ephesini canon 8.

CAP. XXII. — *De his qui patrocinio magistratuum ecclesias occupant.*

Apostolorum canon 30; concilii Nicæni secundi canon 3.

Scholium. Lege cap. 1, tit. 8, præsentis operis, et quæ in illo annotantur.

CAP. XXIII. *De his qui propter matrimonium aut concubinatum non ordinantur episcopi aut clerici.*

Apostolorum canon 17, 18, 19; concilii sexti canon 3, 12; Basilii canon 12.

Textus. Lege tit. 1. Novellarum const. 1, 2, 17, in quibus dicitur, etc., *usque ad* virginem duxisse, *ut pag.* 515.

Scholium. Const. 1, 2 et 17, tit. 1 Novellarum, sunt posita in Novellis Justiniani 6, 12; et 137. Verumtamen quæ ad novellam 6 [pertinent] posita non sunt in Basil. Quæ autem ad novellam 123 [pertinent] posita sunt in lib. Basil. III, tit. I, cap. 27, quod sic inquit: Clericos autem non aliter ordinari concedimus, nisi litteras sciant, et recta fide ac honesta vita sint, et neque concubinam, neque naturales habuerint aut habeant liberos: sed qui vel caste vivunt vel uxorem habuerint aut habent legitimam, et eam unam et primam, neque viduam, neque [divortio] separatam a viro, neque alioqui legibus aut sacris interdictam canonibus. Quæ vero 137 const. sunt, posita sunt in cap. 7 ejusdem lib. et tit. quod sic habet: Sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare episcopum, coeant in unum clerici et primates civitatis cui episcopus ordinandus est, et propositis sacrosanctis Evangeliis de tribus personis decreta faciant, et quisque eorum juret per sacra Eloquia, idque ipsis decretis inserant, quod neque per largitionem, neque promissionem, neque amicitiam, aut gratiam, aut quamcunque aliam affectionem, sed quod sciant ipsos rectæ et catholicæ fidei ac honestæ vitæ esse, et supra tricesimum ætatis annum hos elegerunt: et quod neque uxorem aut concubinam, aut naturales liberos noverunt ipsos habuisse, aut habere: sed et si quis ipsorum prius uxorem habuerit, tamen eam solam, et neque viduam, neque sejunctam a viro, neque legibus sacris ve canonibus interdictam habuerit. Sed neque curiæ muneribus addictum, neque cohortalem aliquem ex his noverint, qui decretis electus est: præterquam si curiæ muneribus addictus, aut cohortalis, non minus annis quindecim monachicam in monasterio vitam extra omnem calumniam transegerit: videlicet observatione, quæ prius a nobis dicta est, per facienda de ipsis decreta, et in his personis custodienda: ut ex tribus illis personis, quæ decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur, electione et judicio ejus qui ordinandi jus habet. Quæret [fortasse] quispiam, cum præsens Justiniani novella in Basil. recepta sit, ac statuat, ne aliter quisquam episcopus ordinetur, quam si a clericis et primoribus civitatis de tribus personis decretum fiat, et quisque illorum jurejurando per sacra Evangelia concepto de iis ea asserat, quæ in novella comprehenduntur: quomodo nihil horum hodie [in usu] obtineat? Per canonem 4 concilii Nicæni; canonem 19 concilii Antiocheni, et 12 Laodiceni, statuentes, episcopum ab episcopis ipsorum judicio decerni atque ordinari debere: irritum redditur, quod propositis sacrosanctis Evangeliis a clericis et civibus de episcopis decreta fieri [debeant]. Idcirco enim (ut videtur) etiam illa in VII lib. po-

A Ἀποστόλων κανὼν ιβ', ιη', ιθ' · συνόδου ϛ', κανὼν γ', ιβ'.

Κείμενον. Τίτλος α' τῶν Νεαρῶν, κ. τ. λ., usque ad μονογαμήσας παρθένον.

Σχόλιον. Ἡ α', β' καὶ ιζ' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐτέθησαν εἰς Νεαρὰς Ἰουστινιανείους ϛ', ρκγ' καὶ ρλζ', πλὴν τὰ τῆς ϛ' νεαρᾶς οὐκ ἐτέθησαν εἰς τὰ Βασιλικά. Τὰ δὲ τῆς ρκγ' νεαρᾶς ἐτέθησαν ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν γ' τίτ. α' κεφ. κζ' οὕτω λέγοντι · Κληρικοὺς δὲ οὐκ ἄλλως χειροτονεῖσθαι συγχωροῦμεν εἰ μὴ γράμματα ἴσασι, καὶ ὀρθὴν πίστιν καὶ βίον σεμνὸν ἔχουσι, καὶ οὐδὲ παλλακὴν, οὐ φυσικὸν ἔσχον ἢ ἔχουσι παῖδα, ἀλλὰ ἢ σωφρόνως βιοῦντας, ἢ γαμετὴν νόμιμον, καὶ αὐτὴν μίαν, καὶ πρώ-
B την ἐσχηκότας, ἢ ἔχοντας καὶ μηδὲ διαζευχθεῖσαν ἀνδρὸς, μηδὲ ἄλλως τοῖς νόμοις, ἢ τοῖς θείοις κανόσιν ἀπηγορευμένην. Τὰ δὲ τῆς ρλζ' νεαρᾶς ἐτέθησαν ἐν κεφ. ζ' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτ. οὕτως ἔχοντος · Θεσπίζομεν ὁσάκις χρεία γίνηται ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι συνιέναι τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως ἧς μέλλει ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι, καὶ προκειμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἐπὶ τρισὶ πρωσώποις, ψήφισμα ποιεῖν καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων Λογίων, καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς ὅτι τε οὐ διὰ δόσιν, οὔτε διὰ ὑπόσχεσιν, οὔτε διὰ φιλίαν, ἢ χάριν, ἢ ἄλλην οἱανδήτινα προσπάθειαν, ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς, καὶ καθολικῆς πίστεως, καὶ σεμνοῦ βίου, καὶ ὑπὲρ τὸ λ' ἔτος εἶναι τούτους ἐπελέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ γαμετὴν ἔχειν, ἢ
C παλλακὴν, ἢ παῖδας φυσικοὺς αὐτοὺς γιγνώσκουσιν ἐσχηκέναι ἢ ἔχειν, ἀλλ' εἰ καὶ πρότερόν τις ἐξ αὐτῶν γαμετὴν εἶχε, καὶ αὐτὴν μίαν καὶ οὐδὲ χήραν, οὐδὲ ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν, οὐδὲ τοῖς νόμοις, οὐδὲ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην, ἀλλ' οὐδὲ πολιτευόμενον ἢ ταξεώτην τινὰ τῶν ψηφιζομένων εἶναι γινώσκουσι. Πλὴν εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐτῶν, μοναχικὸν ὁ πολιτευόμενος ἢ ὁ ταξεώτης βίον ἀδιαβλήτως ἐξετέλεσε, δηλαδὴ τῆς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένης παρατηρήσεως. Καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων ἐν τοῖς γενομένοις περὶ αὐτῶν ψηφίσμασι φυλαττομένης ἵνα ἐκ τῶν οὕτω ψηφιζομένων τριῶν προσώπων ὁ βελτίων χειροτονηθῇ τῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ
D κρίματι τοῦ χειροτονοῦντος. Σημείωσαι εἰ καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης ρλζ' Ἰουστινιανείου νεαρᾶς ἤτοι τοῦ ζ' κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν κωλύεται τὸ ψηφίζεσθαί τινα εἰς ἐπισκοπὴν ἔχοντα γαμετὴν νόμιμον, ἀλλὰ σὺ μὴ πρόσχῃς ταύτῃ, πρόσχες δὲ μᾶλλον τῷ μη' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ὃν καὶ ἀνάγνωθι καὶ λέγε καὶ ἀπὸ τούτου προτιμᾶσθαι τῶν νόμων τοὺς κανόνας. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὰ γραφέντα παρ' ἡμῶν εἰς τὸν διαληφθέντα κανόνα. Σημείωσαι · Ἐρωτήσει δέ τις ὡς τῆς παρούσης Ἰουστινιανείου νεαρᾶς δεχθείσης εἰς τὰ Βασιλικὰ τῆς διοριζομένης, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαί τινα ἐπίσκοπον εἰ μὴ ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψήφισμα γέδοιτο παρά τε τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως, καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἐπομόσεται κατὰ τῶν θείων Εὐαγγελίων περὶ αὐτοῦ ὅσα τῇ νεαρᾷ περι-

ἔχονται, πῶς οὐδέν τι ἐκ τούτων σήμερον ἐνεργεῖ A sita lex, quæ statuit ut judices propositis sacrosanctis Evangeliis judicent, nullam vim et auctoritatem habet. Quod vero de tribus personis ab episcopis [etiam] hodie decreta fiunt : ad id, ni fallor, præsens novella [ipsos] adigit.

ἀπὸ τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τοῦ ιθ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τοῦ ιη' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ διοριζομένων τὰς ψήφους τῶν ἀρχιερέων, καὶ τὰς χειροτονίας παρὰ ἐπισκόπων ἐπὶ τῷ κρίματι τούτων γίνεσθαι, ἠπράκτησε τὸ, προκειμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων γίνεσθαι τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων παρὰ τῶν κληρικῶν, καὶ τῶν πολιτῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐνεργεῖ καὶ ὁ ἐν τῷ ζ' βιβλίῳ κείμενος νόμος, καὶ διοριζόμενος δικάζειν τοὺς δικαστὰς προκειμένων τῶν ὑγίων Εὐαγγελίων. Τὸ δὲ ἐπὶ τρισὶ προσώποις γίνεσθαι τὰς ψήφους παρὰ τῶν ἐπισκόπων τὴν σήμερον, ὡς νομίζω, ἀπὸ τῆς παρούσης νεαρᾶς ἠναγκασμένον ἐστί.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'. — Περὶ τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων ὁρρίκια.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν β' · ἀποστόλων κανὼν κθ' · συνόδου ϛ', κανὼν κβ', κγ'. Ταρασίου ἀρχιεπισκόπου πρὸς Ἀδριανὸν πάπαν Ῥώμης ἐπιστολή, συνόδου Νικαίας τὸ β', κανὼν δ', ε', ιθ', Βασιλείου ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολῆς · Γενναδίου καὶ τῆς σὺν αὐτῷ συνόδου ἐκ τῆς ἐγκυκλίου πρὸς τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας ἐπιστολῆς.

Κείμενον. Βιβλίου α', τίτ. γ', διάταξις λ', μα', καὶ τίτ. α', τῶν Νεαρῶν διάταξις α', β', ια', ἐν αἷς εἴρηται, κ. τ. λ., usque ad ταῖς Ἐκκλησίαις προσφέρειν.

Σχόλιον. Ἡ λ' καὶ μα'. διάτ. τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος οὐκ ἐτέθησαν εἰς τὰ Βασιλικά, καὶ διὰ τοῦτο ἠπράκτησαν. Ἡ μέντοι α', β' καὶ ια' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν εἰσιν Νεαραὶ Ἰουστινιάνειοι ϛ', ρκγ' καὶ νϛ' · καὶ τῆς μὲν ϛ' τὸ παρὸν κεφ. οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικά, ὡσαύτως οὐδὲ ἡ νϛ' νεαρὰ διδάσκουσα περὶ τῶν ἐν τῷ Βυζαντίῳ διδομένων ἐμφανιστικῶν παρὰ τῶν ἐν τούτῳ γινομένων κληρικῶν. Ἡ δὲ ρκγ' νεαρὰ ἐτέθη, ὡς πολλάκις εἴρηται ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. α', κεφ. 0', καὶ ἐφ' ἑξῆς, ὅπερ θ' κεφ. κατεστρώθη ἔξωθεν τοῦ ε' κεφ. τοῦ παροντος τίτ., ὃ καὶ ἀνάγνωθι διδάσκον περὶ τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων. Περὶ δὲ τῶν διδομένων διαρίων ζήτει τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτ. κεφ. λε', καὶ λϛ', οὕτως ἔχον · Ἀλλ' οὐδὲ κληρικὸν οἱουδήποτε βαθμοῦ διδοναι τι ἐκείνῳ ὑφ' οὗ χειροτονεῖται ἢ ἄλλῳ οἱῳδήτινι προσώπῳ οὐ συγχωροῦμεν, μονας δὲ παρέχειν αὐτὸν τὰς συνηθείας τοῖς τῳ χειροτονοῦντι ὑπηρετουμένοις, καὶ ἐξ ἔθους κομιζομένοις ἑνὸς ἐνιαυτοῦ διάρια μὴ ὑπερβαινούσας. Ἐν δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ ἢ κατατάττεται τὴν θείαν πληροῦν λειτουργίαν, καὶ μηδὲν παντελῶς τοῖς ἰδίοις συγκληρικοῖς διδόναι ὑπὲρ τῆς ἰδίας, ἐμφανείας, μηδὲ διὰ ταύτην τὴν ἰδίαν τῶν ἰδίων παραμυθιῶν, ἢ τῶν ἄλλων μεριτικῶν αὐτὸν ἀποστερεῖσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ξενοδοχον ἢ πτωχοτρόφον, ἢ νοσοκομον, ἢ ἄλλου εὐαγοῦς οἱουδήποτε οἴκου διοικητὴν, ἢ οἱονδήποτε ἐκκλησιαστικὸν φροντισμα χειρίζοντα δίδοναι τι ἐκείνῳ ὑφ' οὗ προβάλλεται, ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε προσώπῳ ὑπὲρ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ διοικήσεως, ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ἅπερ διετυπώσαμεν ἢ διδοὺς ἢ λαμβάνων ἢ μεσίτης γενομενος τῆς ἱερωσύνης ἤτοι τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ οἱασδήποτε διοικήσεως, γυμνωθήσεται τῶν διδομένων, ἐκδικουμένων τῳ εὐαγεῖ τοπῳ οὗτινος τὸ τοιοῦτον προσωπον τὴν χειροτονίαν ἢ φροντισμα ἢ διοίκησιν ἔλαβεν. Εἰ δὲ κοσμικὸς εἴη ὁ λαμβάνων, ἢ μεσίτης γινομενος, τὸ δοθὲν διπλοῦν ἀπαιτηθήσεται, καὶ τῷ εὐαγεῖ τοπῳ

CAP. XXIV. — *De his qui datis pecuniis ordinantur, aut suscipiunt officia.*

Concilii Chalcedonensis canon 2 ; apostolorum canon 29; concilii sexti canon 22, 23; Tarasii archiepiscopi ad Adrianum papam Rom. epistola ; concilii Nicæni secundi canon 4, 5, 19 ; Basilii ex epist. ad suos episcopos ; Gennadii et [coacti] B cum ipso concilii, ex encyclica ad sanctissimos metropolitanos epistola.

Textus. Lege lib. 1, tit. 3, const. 30, 41 et tit. 1. Novellarum, etc., *usque ad* Ecclesiis [quidlibet] offerant, *ut pag.* 539.

Scholium. Const. 30 et 41, tit. 3, lib. 1 cod. positæ non sunt in Basil. atque ideo irritæ factæ sunt. Const. autem 1, 2, 11, tit. 1 Novellarum, sunt Novellæ Justiniani 6, 123 et 56. Atque 6 quidem const. præsens caput non est positum in Basil. neque item novella 56, quæ de insinuativis quæ Byzantii a clericis illic ordinandis dantur, docet. Novella vero 123, ut sæpe dictum est, posita est in III lib. Basil. tit. 7, cap. 9, et deinceps. Quod [quidem] 9 cap. præsentis tit. cap. 5 extrinsecus [in Scholio nempe] C insertum est : quod legas, [utpote] quod de iis qui datis pecuniis ordinantur, doceat. Porro de diariis quæ dantur, quære ejusdem lib. et tit. cap. 35 et 36, quæ sic habent : Cæterum neque clericum cujuscunque gradus dare quippiam illi a quo ordinatur, vel cuicunque alii personæ permittimus. Tantummodo ejus qui ordinat, ministris, et qui ex more accipere [solent], consuetudines dabit, quæ tamen unius anni diaria non exsuperent. In sanctissima Ecclesia in quam allegitur, sacrum munus explebit, et nihil omnino collegis suis pro sua insinuatione dabit, neque per hanc causam, aut solida sua mercede, aut aliis quæ particulatim obveniunt, frustrabitur. Sed neque xenodocho, aut ptochotropho, aut nosocomo, aut alius cujuscunque D sacræ domus dispensatori, aut [denique] ei qui qualemcunque ecclesiasticam curam suscipit, pro concreditaipsi administratione quidquam illi a quo præficitur, aliive qualicunque personæ, dare [concedimus]. Qui vero præter hæc quæ constituimus, aut dederit, aut ceperit, aut mediator factus fuerit, sacerdotio sive clericatu, aut concredita ipsi qualicunque administratione nudabitur : quæ autem data erunt, vindicabuntur sacro loco, cujus talis persona aut ordinationem, aut curam, aut administrationem suscepit. Sed si mundanus sit, qui capit, ant mediator [negotio] intervenerit : quod datum est, ejus duplum exigetur, sacroque loco in quo

illa persona vel administrationem, vel ordinationem, vel curam suscepit, præbebitur. Si quis tamen clericus cujuscunque gradus, aut dispensator cujuscunque sacræ domus, aut ante ordinationem, aut ante concreditam ipsi qualemcunque administrationem vel curam [aut etiam] postmodum voluerit aliquid rerum suarum offerre ecclesiæ in quam ordinatur, vel loco cujus administrationem curamve suscipit : non solum id fieri non prohibemus, verum etiam ut id pro salute animæ suæ faciant, etiam atque etiam ipsos hortamur. Illa enim dari prohibemus, quæ privatis quibuspiam hominibus præbentur, non etiam quæ sanctissimis ecclesiis aliisque sacris locis offeruntur. Lege etiam finem cap. 9, tit. 1, lib. III, in cap. 5 præsentis tit. quod iliis præsens lex inserta sit.

Aliud scholium. Præsens novella remotioni subjicit canonicos, qui datis pecuniis ordinantur, aliamve quampiam ecclesiasticam suscipiunt curam: atque laicos qui in his [rebus] mediatores facti sunt, ejus quod ipsis datum est, in duplum exactioni facit obnoxios. Canon autem 2 concilii Chalcedonensis, laicos qui in his mediatores interveniunt, anathemati subjicit. Verum quod laici qui datis pecuniis sacrorum locorum administrationes suscipiunt, puniantur, ex præsenti novella constat. [At] quisnam [tandem] laicus citra dationem aut procurationem sacri loci, ministeriumve ecclesiasticum suscipiat, aut clericus fiat, aut in cellam monasticam admittatur, [equidem] ignoro; ac propterea flexis genibus Deum oro ut nos ab istiusmodi minis liberare velit [clamans]: *Si iniquitates observaveris, Domine, quis sustinebit* [1] ?

CAP. XXV. — *Ne ordinationes iterentur.*

Apostolorum canen 68 ; concilii Carthaginensis canon 53.

CAP. XXVI. — *Ne episcopus aut clericus ex una civitate in aliam transeat.*

Concilii Nicæni canon 15, 16; concilii Antiocheni canon 21; concilii Chalcedononsis canon 5, 12, 20; concilii Sardicensis canon 1, 2, 15; concilii Carthaginensis canon 54, 90; concilii sexti canon 17, 18, 20.

Textus. Lege Const. 9 et 10, tit. 1 Novellarum etc., *usque ad* clerici transferantur, *etc., ut pag.* 547.

Scholium. Const. 9, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 3, propositaque est in lib. Basil. 3, tit. 2, cap. 1, quæ ubi enumeravit, quod clerici in Magna ecclesia aliisque sacris ædibus esse debeant, et transitionem clericorum ex una ecclesia in aliam prohibuit: in hæc verba loquitur: Nam si in sacris monasteriis prohibemus, ne quis de uno ad aliud transeat: multo minus id reverendissimis clericis permittemus, rati hujusmodi cupiditatem speciem præ se ferre quæstus et nundinationis Cæterum si quando et hoc transitionis genus vel beatitudini

ἐν ᾧ τὸ τοιοῦτον πρόσωπον τὴν διοίκησιν ἢ τὴν χειροτονίαν ἢ τὴν φροντίδα ἔλαβε παρεχέσθω. Εἰ δέ τις κληρικὸς οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ διοικητὴς οἱουδήποτε ἐναγοῦς οἴκου, ἢ πρὸ τῆς χειροτονίας, ἢ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ οἱασδήποτε διοικήσεως ἢ φροντίδος μετὰ ταῦτα βουληθῇ τι τῶν ἰδίων πραγμάτων προσαγαγεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ᾗ χειροτονεῖται, ἢ τῷ τόπῳ οὗτινος τὴν διοίκησιν, ἢ τὴν φροντίδα ἀναδέχεται, οὐ μόνον οὐ κωλύομεν τοῦτο γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον προτρέπομεν αὐτοὺς τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ σωτηρίας τῆς ἰδίας ψυχῆς ποιεῖν. Ἡμεῖς γὰρ ἐκεῖνα μόνα ἀπαγορεύομεν δίδοσθαι κωλύομεν ἅτινα ἰδικοῖς τισι προσώποις παρέχονται, οὐ μὲν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις προσφερόμενα. Ἀνάγνωθι καὶ τὸ τέλος τοῦ θ' κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ γ' βιβλίου εἰς κεφ. ε' τοῦ παρόντος τίτ., διὰ τὸ ἐκεῖ καταστρωθῆναι τὸν παρόντα νόμον.

[al. Ἕτερον σχόλιον.] Σημείωσαι· Ἡ μὲν παροῦσα νεαρὰ καθαιρέσει καθυποβάλλει τοὺς κανονικοὺς χειροτονουμένους, ἢ ἕτερον τι φρόντισμα ἐκκλησιαστικὸν ἐπὶ χρήμασι λαμβάνοντας, καὶ τοὺς μεσάσαντας ἐπὶ τούτοις λαϊκούς, τῇ εἰς τὸ διπλάσιον ἀπαιτήσει τοῦ δοθέντος αὐτοῖς ἐνοχοποιεῖ. Ἡ δὲ β', κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἀναθέματι καθυποβάλλει τοὺς τὰ τοιαῦτα μεσάζοντας λαϊκούς. Τὸ μέν τοι τιμωρεῖσθαι τοὺς λαϊκοὺς ἐπὶ χρήμασιν ἀναδεχομένους διοικήσεις εὐαγῶν οἴκων ἀπὸ τῆς παρούσης νεαρᾶς ἀναφαίνεται. Ποῖος οὖν ἐστιν ὁ ἀναδεχόμενος λαϊκὸς διοίκησιν εὐαγοῦς οἴκου, ἢ δουλείαν ἐκκλησιαστικὴν, ἢ κληρικὸς γινόμενος, ἢ ἐν κελλιωτικῇ μονῇ καταταττόμενος ἀδοτί, ἀγνοῶ. Καὶ διὰ τοῦτο γονυπετῶ πρὸς Θεὸν πάντας ἡμᾶς ἐκ τῆς τοιαύτης ῥυσθῆναι ἀπειλῆς, Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ Κύριος, τίς ὑποστήσεται ;

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'. — Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι ἀναχειροτονήσεις.

Ἀποστόλων κανὼν ξη' · συνόδου Καρθαγένης κανὼν μη'.

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'. — Περὶ τοῦ μὴ μετιέναι ἐπισκοπον ἢ κληρικὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν.

Συνόδου Νικαίας κανὼν ιε', ιϚ' · συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν κα' · συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν ε', ιβ', κ' · συνόδου Σαρδικῆς κανὼν α', β', ιε' · συνόδου Καρθαγέννης κανὼν νδ', ϛ' · συνόδου ϛ', κανὼν ιζ', ιη' καὶ κ'.

Κείμενον. Ἡ θ' καὶ ι' διάταξις τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν, κ. τ. λ., usque ad μετατίθενται.

Σχόλιον. Ἡ θ' διατ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος γ', καὶ ἐτέθη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. β', κεφ. α', ἥτις μετὰ τὸ ἀπαριθμῆσαι τοὺς ὀφείλοντας εἶναι κληρικοὺς εἴς τε τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ εἰς θείους ἑτέρους ναούς, καὶ κωλῦσαι τὴν ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν μετάβασιν τῶν κληρικῶν, φησὶ καὶ ταῦτα ῥητῶς · εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων κωλύομεν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου πρὸς ἕτερον μεταβαίνειν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τοῦτο ἐφήσομεν κέρδους τε καὶ ἐμπορίας ἀπόδειξιν

[1] Psal. CXXIX, 3.

ἔχειν τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν ἡγούμενοι. Εἰ δὲ καὶ ποτε τοιαύτην μετάστασι ἡ σὴ μακαριότης ἢ ἡ κατὰ καιρὸν βασιλεία γενέσθαι συνίδῃ μὴ ἄλλως τοῦτο πράττεσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸν εἰρημένον ἡμῖν ἀριθμὸν παρισταίη, ὥστε τὴν τοῦ λείποντος τάξιν γίνεσθαι. Ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν τινα παντελῶς ἐμβαίνοντα· τοῦτο γὰρ ἐξ οὐδεμιᾶς μηχανῆς, οὐδὲ ἔκ τινος τρόπου γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Ἡ δὲ ι' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν, ἔστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ις', καὶ ἐτέθη ἐν β.βλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτ. γ', κεφ. α', ὃ καὶ ἀνάγνωθι, διδάσκον τὰ αὐτὰ σχεδὸν καὶ τὸ τοὺς λείποντας κληρικοὺς, ἀπὸ τῶν περισσῶν δουλευτῶν γίνεσθαι. Σημείωσαι ὅτι ἀπὸ τῆς παρούσης νεαρᾶς ἐνεδόθη τῷ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχῃ καὶ καὶ μόνῳ ἑτέρας ἐνορίας καὶ δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν. Ἔχει δὲ τοῦτο προνόμιον καὶ ὁ Καρθαγέννης ἐπίσκοπος καὶ ζήτει ἀπὸ ἑτέρων Ἐκκλησιῶν δέχεσθαι κληρικοὺς, καὶ τῷ ἰδίῳ κλήρῳ ἐγκαταλέγειν, ἢ καὶ ἐπισκόπους ποιεῖν. Τοῦτο δὲ ἐνεδόθη καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν Καρθαγέννῃ συνόδου κανόνα νε', καὶ τῆς οἰκουμενικῆς ζ' συνόδου κανόνα ι', καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς γραφέντα, τότε δὲ λέγεσθαι δύνασθαι τὸν Κωνσταντινουπόλεως καὶ τὸν Καρκηδόνος ἀπὸ ἑτέρων ἐνομιῶν κληρικοὺς σφετερίζεσθαι παρὰ γνώμην τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς ὅτε ἐν ἐνδείᾳ εἰσὶ κληρικοῦ Ὅπερ τέως εἰς τὴν Κωνσταντινουπόλεως χώραν οὐκ ἔχει διὰ τὸ πλῆθος τοῦ κλήρου αὐτοῦ, καὶ τὸ πάντως ἐπὶ πᾶσιν ἀνενδεὲς καὶ ὅταν δὲ ἀνάγκη συνωθῇ τούτους ἀλλότριον λαβεῖν κληρικὸν ἄλλως οὐ δυνήσονται τοῦτο ποιῆσαι εἰ μὴ ἐλλιπής ἐστιν ἀριθμὸς τῶν κληρικῶν αὐτῶν. Ὅπως δὲ σήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τῶν κληρικῶν ἡ ἀθέτησις, ἀκινδύνως γίνεται, ἀγνοω.

tuæ, vel pro tempore majestati imperatoriæ probabitur: ne aliter id fiat, nisi prius [res ipsa] ad numerum quem prædiximus, redigatur, ut ea transitio in deficientis locum fiat, neque supernumerarius omnino aliquis irrepat. Nulla enim id machinatione, neque ullo modo fieri permittimus. Porro 10 const. 1 tit. Novellarum, est Justiniani novella 16, positaque est in lib. Basil. III, tit. 3, cap. 1, quod lege, quia eadem ferme; et ut [quo loco] clerici desunt, ex superfluis ministeriis [defectus] suppleatur docet. Nota vero, quod a præsenti novella [archiepiscopo] Constantinopolitano ex aliis ecclesiis clericos suscipere, suoque clero accensere, aut etiam episcopos efficere conceditur. Quod etiam a canone conceditur episcopo Carthaginensi.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'. — Περὶ ὑποκειμένου ἁμαρτήματι καὶ χειροτονηθέντος.

Συνόδου Νικαίας κανὼν θ', ι'· συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν θ', ι'· Βασιλείου κανὼν κζ'· Θεοφίλου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κανὼν δ', ε', η'.

CAP. XXVII. — *De eo, qui dum obnoxius peccato esset, ordinatus est.*

Concilii Nicæni canon 9, 10; concilii Neocæsariensis canon 9; Basilii canon 27; Theophili ex commonitorio canon 4, 5, 8.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'. — Περὶ τῆς ἡλικίας τῶν χειροτονουμένων ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν ις'· συνόδου ζ', κανὼν ια', ιε'· συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν ια'· συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν ιε'.

CAP. XXVIII. — *De ætate ordinandorum sive mares sive feminæ sint.*

Concilii Carthaginensis canon 16; concilii sexti canon 14, 15; concilii Neocæsariensis canon 11; concilii Chalcedonensis canon 15.

Κείμενον. Ἡ θ' διάταξις τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβ. τοῦ κώδικος οὐ συγχωρεῖ, κ. τ. λ., usque ad ὑπερβεβηκέναι τὰ λ' ἔτη.

Textus. Lege const. 9, tit. 1, lib. 4. cod. Non concedit, etc., *usque ad* annum excesserit, *ut pag.* 555.

Σχόλιον. Ἡ θ' διάτ. τοῦ α' βιβ. τοῦ κώδικος οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικὰ, οὐδὲ ἡ α' διάταξις τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ζ', οὖσα νεαρὰ Ἰουστινάνειος, ὡς διείληπται. Ἡ β' διάταξις τοῦ α' τίτλου τῶν Νεαρῶν ἔστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρκγ', κεῖται δὲ ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. α', κεφ. κθ', ἔχοντι οὕτως· Διακόνισσαν δὲ ἐν ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ μὴ χειροτονεῖσθαι ἥτις ἐλάττων ἐστὶν ἐνιαυτῶν μ', ἢ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. Ὡσαύτως, φησὶ, τοῦ αὐτοῦ τίτ. κεφ. κη', μέρος ὂν τῆς αὐτῆς νεαρᾶς, ταῦτα· Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν λ' ἐνιαυτῶν γενέσθαι, οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' οὐδὲ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον ἥττονα τῶν κε' ἐνιαυτῶν, οὔτε ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ιη' ἐνιαυτῶν. Πλὴν γίνωσκε ὅτι ἡ μὲν νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ εἰς πλάτος εὑρισκομένη, λέγει γίνεσθαι ἀναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων η', καὶ ἐπίσκοπον τὸν ὄντα χρόνων λε'. Καθὼς τοῦτο φησι, καὶ τὸ παρὸν βιβλίον, ἐν δὲ τῇ ἀνακαθάρσει ὁ μὲν χρόνος τοῦ ἐπισκόπου, παρελείφθη τελείως, ὁ δὲ χρόνος τοῦ ἀναγνώστου ἐπλεόνασεν· ἀντὶ γὰρ η' χρόνων, ιη' χρόνων εἶναί φησι τὸν ἀναγνώστην. Ὀφείλεις οὖν προσέχειν πλέον τοῖς

Scholium. Const. 9, tit. 1, lib. 1, cod. posita non est in Basil. neque vero const. 1, tit. 1 Novellarum quæ novella sexta Justiniani est, ut explicatum est. Const. autem 2, tit. 1 Novellarum est novella Justiniani 123, habeturque lib. Basil. 3, tit. 1, cap. 29, quod sic habet: Diaconissa autem in sancta Ecclesia non ordinator, quæ minor quadraginta annis sit, aut ad secundas pervenit nuptias. Similiter ejusdem tit. cap. 28, quod ejusdem novellæ pars est, hæc dicit: Presbyterum vero minorem annis triginta fieri non concedimus. Sed neque diaconum aut subdiaconum minorem viginti quinque: neque item lectorem minorem annis decem et octo. Verumtamen scias, quod Justiniani novella, ut ad longum invenitur, lectorem fieri dicit, qui est annorum octo: et episcopum, qui est triginta quinque: quemadmodum hoc etiam præsens liber dicit. Enimvero in [legum] repurgatione episcopi tempus perfecte est exceptum [ac descriptum]: lectoris autem tempus, superabundanter. Pro octo namque annis, octodecim [habet ac tot] annorum lectorem

[debere] esse dicit. Debes itaque magis audire quæ in Basil. scripta sunt, quam quæ comprehenduntur in libris qui ante repurgationem auctoritatem obtinuerunt, [nunc] autem irriti sunt.

A γεγραμμένοις ἐν τοῖς Βασιλικοῖς παρὰ τοῖς περιεχομένοις ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐνεργοῦσι πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως καὶ σχολάσασιν.

Aliud scholium. Const. 17, tit. 1, Novellarum, est novella Justiniani 137, quæ posita est in lib. Basil. II, tit. 1, cap. 8, quod [ipsum] caput aspersum est 23, cap. præsentis tit. ad hunc modum incipiens : Sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare episcopum. De eo autem, qui episcopus ordinandus est, illud caput ex parte hæc diserte dicit : Sed quod sciant ipsos rectæ et catholicæ fidei, ac honestæ vitæ esse, et supra trigesimum ætatis annum, hos elegerint. Abrogat igitur hæc novella, quantum ad ætatem episcopi [attinet] novellam 123.

Ἕτερον σχόλιον. Ἡ ιζ' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρλζ', ἥτις ἐτέθη ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. α', κεφ. ι', ὅπερ κεφαλαιον κατεστρώθη ἐν τῷ κγ' κεφ. τοῦ παρόντος τίτ., ἔχον κατὰ τὰς ἀρχὰς οὕτως · Θεσπίζομεν ὁσάκις χρεία γένηται χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον, ταῦτα ῥητῶς ἐν μέρει. Ἀλλ' εἰδότης αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως, καὶ σεμνοῦ βίου καὶ ὑπὲρ τὸ λ' ἔτος εἶναι τούτους ἐπελέξαντο. Ἀναιρεῖ γοῦν τοιαύτη νεαρὰ ὅσον εἰς τοὺς χρόνους τοῦ ἐπισκόπου τὴν ργ' νεαράν.

Aliud scholium. Ex præsenti 28 cap. ac in eo scriptis, didicisti ætates ordinandorum. De iis autem qui in imperfecta ætate officia aut dignitates suscipiunt, repositum est in publicis secretis edictum DN. Alexii Comneni semper celebrandi imperatoris. [Tu vero] illud etiam cognosce. Habet [autem] ita ad verbum: Multi ubi, ob denuntiatam reipublicæ aliquam utilitatem, aut per ambitionem, qualemcunque dignitatem vel officium aut capere, aut permutare, aut vendere petierunt: ea in parvos pueros transferunt. Ne igitur hoc fiat, neque tales imponere [nobis] aut decipere conspiciantur : statuit imperatoria mea majestas ut quicunque dignitatem vel officium sive propter denuntiationem, sive propter benevolentiam aliquam, sive per commutationem, sive in munus et per largitionem, aut dum animum nostrum oblectamus, ab imperatoria majestate acceperit: ne [is] quempiam qui honoretur, viginti annis minorem [in locum suum] admittat. Quin omnes quicunque per easdem causas aut dignitatem aut officium accipiunt, majores viginti annis sunto. Quando vero imperatoria mea majestas non propter talem causam, sed nulla causa interveniente honoraverit quempiam, aut officio donaverit: tametsi honoratus viginti annis minor fuerit, citra dubitationem tamen illi [insignia] insternuntor. Reponatur igitur præsens hæc tabella inter chartas secretorum nostrorum, ad ostendendam imperandi gubernandique imperatoriæ meæ majestatis rationem, [et] ut hoc modo deinceps in omne futurum tempus efficaciam habeat. Debet autem in ejus qui citra [causam] mediam honoratur, tabula adjici : Insternitor. [Atque ita] non impedietur per edictum de iis qui minores viginti annis honorantur, ab imperatoria mea majestate factum. Ac vero esto hoc signum eorum, qui (ut dictum est) citra causam mediam honorantur: tanquam imperatoria mea majestas hoc sciverit. Mense Januario indictione quinta, per imperatorem.

B Ἕτερον σχόλιον. Σημείωσαι ὅτι ἀπὸ τοῦ παρόντος κη' κεφ. καὶ τῶν ἐν αὐτῷ γραφέντων, ἔμαθες τοὺς χρόνους τῶν ὀφειλόντων χειροτονεῖσθαι · ὅτι δὲ χάριν τῶν λαμβανόντων ὀφρίκια ἢ ἀξιώματα ἀτελῶν κατέστρωται εἰς τὸ δημοσίακον σέκρετον πρόσταγμα τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. Γίνωσκε καὶ τοῦτο ἔχον κατὰ ῥῆμα · Πολλοὶ προσαγγείλαντες ὠφέλειαν τοῦ δημοσίου τινὰ ἢ αἰτούμενοι κατὰ φιλοτιμίαν λαβεῖν, ἢ ἀνταλλάξαι, ἢ πωλῆσαι ἀξίωμα οἱονδήποτε ἢ ὀφρίκιον, μεταβιβάζουσι ταῦτα εἰς παῖδας μικρούς. Ἵνα οὖν μὴ τοῦτο γένηται μηδὲ δοκῶσι φενακίζειν ἢ ἀπατᾶν οἱ τοιοῦτοι, διορίζεται ἡ βασιλεία μου ἵνα ὅστις λάβῃ ἀξίωμα ἢ ὀφρίκιον εἴτε διὰ προσαγγελίαν, εἴτε δι' εὔνοιάν τινά, εἴτε κατὰ ἐναλλαγήν, εἴτε κατὰ δωρεὰν καὶ C φιλοτιμίαν τῆς βασιλείας μου, ἢ ψυχικὸν αὐτῆς μὴ δέχεσθαι πρόσωπον τὸ τιμώμενον ἔλαττον τῶν ιη' χρόνων. Ἀλλὰ πάντες οἱ διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας ἢ ἀξίωμα ἢ ὀφρίκιον λαμβάνοντες, ἔστωσαν μείζους τῶν κ' χρόνων. Οτε δὲ ἡ βασιλεία μου, οὐ διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλὰ ἀμέσως τιμήσῃ τινὰ ἢ δωρήσεται ὀφρίκιον τινι, κἂν ἐλάττων ἢ τῶν κ' χρόνων ὁ τιμώμενος, καταστρωννυέσθω οὕτως ἀναμφιβόλως. Καταστρωθήτω οὖν τὸ παρὸν πιττάκιον ἐν τοῖς τῶν ὑφ' ἡμᾶς δεκρέτων χαρτίοις, εἰς δήλωσιν τῆς προστάξεως καὶ οἰκονομίας τῆς βασιλείας μου, ὡς ἂν οὕτως ἐνεργεῖται ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν. Ὀφείλει δὲ προκεῖσθαι εἰς τὸ πιττάκιον τοῦ ἀμέσως τιμωμένου, τὸ καταστρωθήτω, μὴ κωλυόμενον ἀπὸ τῆς γεγονυίας προστάξεως παρὰ τῆς βασιλείας μου περὶ τῶν τιμωμένων ἐλαττόνων τῶν κ' ἐτῶν. Καὶ ἔστω D γνώρισμα τοῦτο τῶν ἀμέσως, οὐ εἴρηται, τιμωμένων ὡς ἐν εἰδήσει τούτου γινομένης τῆς βασιλείας μου τῷ μηνὶ Ἰανουαρίῳ Ἰνδικτιῶνος ιε', διὰ τοῦ βασιλέως.

Aliud scholium. Alia quidem [certe] legum hic de episcoporum, sacerdotum, diaconorum, atque subdiaconorum ætatis annis aspersarum [capita] quod eadem et canonibus placuerunt, [in republica] obtinent atque rata sunt: illud autem de ætate lectorum qua de causa non obtineat, non video. Tametsi enim lex dicat, octodecim annorum lectorem

Ἕτερον σχόλιον. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν καταστρωθέντων ἐνταῦθα νόμων χάριν τῶν ἐπισκόπων, τῶν ἱερέων, τῶν διακόνων, καὶ τῶν ὑποδιακόνων περὶ τῶν χρονων τῆς ἡλικίας αὐτῶν, κρατοῦσι καὶ ἐνεργοῦσιν, ὅτι καὶ τοῖς κανοσι ταῦτα ἔδοξαν. Τὸ δὲ περὶ τῆς ἡλικίας τοῦ χρονου τῶν ἀναγνωστῶν ὅπως οὐκ ἐνεργεῖ, ἀγνοῶ · τοῦ γὰρ νομου λέγοντες ιη' χρονων ὀφείλειαν εἶναι τὸν ἀναγνώ

στην, σήμερον σφραγίζονται ἀναγνῶσται κληρικοὶ ἐτῶν ἑπτά, ἔστι δ' ὅτε καὶ τριετεῖς. Ἀνάγνωθι οὖν τὸν ιδ' καὶ ιε' κανόνα τῆς ς' συνόδου καθαιρέσει καθυποβάλλοντα τοὺς χειροτονοῦντας διακόνους καὶ ὑποδιακόνους πρὸ συμπληρώσεως τοῦ κε' χρόνου αὐτῶν, ὡσαύτως καὶ τοὺς ἱερεῖς πρὸ τοῦ λ' χρόνου. Οἱ δὲ λέγοντες μὴ βλάπτεσθαι τοὺς σφραγιζομένους ἀναγνώστας πρὸ συμπληρώσεως τοῦ ιη' χρόνου τῆς ἡλικίας αὐτῶν διὰ τὸ μὴ μεμνῆσθαι καὶ τούτων τοὺς κανόνας κακῶς λέγουσιν. Ἔνθα μὲν γὰρ οὐδέν τι οἱ κανόνες διορίζονται, ὀφείλομεν τοῖς νόμοις ἀκολουθεῖν, ἢ ἐκ τῶν ὁμοίων τέμνειν τὰ ὅμοια.

ΚΕΦΑΛ. κθ'. — Περὶ ποιήσεως χωρεπισκόπων, καὶ πότε, καὶ πῶς προσφέρουσιν ἢ μεταδιδόασι, καὶ τίνας χειροτονοῦσιν ἢ οὔ.

Συνόδου Ἀγκύρας κανὼν ιγ' · συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν ιγ' · συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ι' · Βασιλείου ἐκ τῆς πρὸς τοὺς χορεπισκόπους ἐπιστολῆς.

ΚΕΦΑΛ. Λ'. — Περὶ τοῦ ζ' καὶ μόνους εἶναι διακόνους, κἂν ἡ πόλις μεγάλη ᾖ.

Συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν ιδ' · συνόδου ς', κανὼν ιβ'.

Κείμενον. Ἡ α' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν, κ. τ. λ., usque ad ψάλται κε', θυρωροὶ σε'.

Σχόλιον. Ἡ α' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ς', τοῦτο δὲ τὸ κεφ. αὐτῆς οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικά, τοῦ αὐτοῦ δὲ τίτ. ἡ θ' διάτ. ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος γ' κειμένη ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. β', κεφ. α', θέματι προτελευταίῳ, οὕτως ἔχοντι · Ὥστε θεσπίζομεν μὴ περαιτέρω μὲν ξ' πρεσβυτέρων κατὰ τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, διακόνους δὲ ἄρρενας ρ', καὶ μ' θηλείας, καὶ ὑποδιακόνους ζ', ἀναγνώστας δὲ ρι', καὶ ψάλτας κε', ὡς εἶναι τὸν ἅπαντα ἀριθμὸν τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας υκε' προσώποις, καὶ ρ' πρὸς τούτοις τῶν καλουμένων πυλωρῶν, καὶ ἡ ι' διάτ. τοῦ α' α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ις' κειμένη ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. γ', κεφ. α', ὃ καὶ ἀνάγνωθι εἰ θέλεις οὐ κατεστρώθη γὰρ ἐνταῦθα διὰ τὸ παντελῶς ἀχρηστῆσαι. Οὐ μόνα δὲ τὰ τοῦ τοιούτου νόμου ἠχρήστησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς Ἡρακλείου νεαρᾶς τῆς μνημονευομένης ἐν τῷ παροντι συντάγματι καὶ ἐδέξατο ἀπὸ συνηθείας ἀριθμὸν κληρικῶν ἡ Ἐκκλησία ἕτερον διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίαν. Οὐδενὶ γὰρ ἠγνόηται ὡς εἰ μὴ τὸ ἔλεος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, καὶ τοῦ ἁγίου βασιλέως ἡμῶν καὶ πατρὸς αὐτοῦ προέφθασεν εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν ὡς καὶ παντα-χοῦ εἰς ὀλίγον παντάπασιν ἵνα περιέστη ὁ τῶν κληρικῶν ἀριθμὸς διὰ τὴν τῶν πραγμάτων στενοχωρίαν. Διὸ καὶ αὐτῶν μὲν ὑπερεύχεσθαι χρεών, ταῖς δὲ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν κληρικῶν παλαιοτέραις νομοθεσίαις μὴ προσέχειν, ἀρκετὸν γὰρ εἰ τῇ μακρᾷ συνηθείᾳ ἑπόμεθα, καὶ κατὰ ταύτην ποιοῦμεν.

esse debere: insigniuntur tamen hodie lectorum clericorum [titulo], qui sex annorum, et interdum etiam trium [tantummodo] sunt. Lege igitur 14 et 15 canones concilii sexti, qui remotioni subjiciunt eos, qui diaconos aut subdiaconos ordinant ante completum vigesimum quintum [ætatis] ipsorum annum : aut sacerdotes ante trigesimum annum. Qui vero dicunt non peccari, si lectores ante completum duodevigesimum ætatis suæ annum insigniantur, quod ipsorum canones mentionem non faciant, male dicunt. Ubi enim canones nihil determinant, sequi debemus leges, et similia ex similibus dedicere.

CAP. XXIX. — *De creatione episcoporum, qui episcopis subsunt, et quando, et quomodo offerant, aut communicent, et quos ordinent, aut non.*

Concilii Ancyrani canon 13, concilii Neocæsariensis canon 13, 14; concilii Antiocheni canon 10; Basilius ex epistola ad episcopos ipsi subjectos.

CAP. XXX. — *Ut septem duntaxat diaconi sint, etiamsi civitas magna sit.*

Concilii Neocæsariensis canon 15; concilii sexti canon 12, 16.

Textus. Const. 1, tit. 1 Novellarum, etc., *usque ad* ostiarii septuaginta quinque, *ut pag.* 555.

Scholium. Const. 1, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 6. Hoc autem ejus caput non est positum in Basil. Ejusdem vero tit. const. 9, est novella 3 Justiniani pasita [que est] in lib. Basil. 3 tit. 2, cap. 1, themate penultimo, quod sic habet : Quapropter sancimus, ne quando in Magna ecclesia ultra sexaginta presbyteros, diaconos vero mares centum, feminas quadraginta, et subdiaconos nonaginta, lectores autem ultra centum et decem, cantores ultra viginti quinque exsistant : ut universus reverendissimorum clericorum Majoris ecclesiæ numerus in quadringentis viginti quinque personis, et centum præterea ostiariis (ut vocant) consistat. Et const. 10, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 16, posita [que est] in Basil. III, tit. 3, cap. 1, quod etiam legas, si visum sit. Quia enim omnino in usu esse desiit, hic non inseritur. Neque vero hæc lex sola in usu esse desiit, verum etiam Heraclii novella, cujus in præsenti capite mentio fit. Propter rerum namque inæqualitatem Ecclesia ex consuetudine numerum clericorum alium suscepit. Nemo enim non novit quod nisi misericordia optimi atque sancti imperatoris nostri, ejusque patris [similiter] sancti nostri imperatoris, Magnæ Ecclesiæ succurrisset, clericorum numerus propter rerum angustias in exiguam omnino quantitatem, ut ubique [locorum] redactus fuisset. Quamobrem pro illis [Deus] precandus est, veteribusque de clericorum numero legislationibus non auscultandum. Sufficit enim, si longam consuetudinem sequamur, ac secundum illam faciamus.

CAP. XXXI. — *Quinam clerici ecclesiasticive ordinis sint.*

Concilii Laodiceni canon 24.

Textus. Const. 2 tit. 14. Novellarum, presbyteros, diaconos, lectores, cantores, clericos [esse] dicit. Quin exorcistarum etiam et ostiariorum const. 6, tit. 3, lib. 1 cod. meminit.

Scholium. Const. 2, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 123, posita [que est] in lib. Basil. 3, tit. 1, cap. 42, quod tale quiddam, quale cap. 31 in textu dicit, non complectitur. Tradit autem hæc, in hæc verba : Presbyteri autem et diaconi, nec non subdiaconi, et lectores, ac cantores, quos omnes clericos appellamus, ut res quocunque modo ad ipsorum dominium devolutas sub potestate sua habeant ad instar castrensium peculiorum, præcipimus : ut et donare eas possint, et de his testari tametsi sub potestate parentum sint. Ita tamen, ut horum filii, aut his non subsistentibus, parentes eorum legitimam portionem ferant.

Const. 6, tit. 3, lib. 1 cod. posita est in lib. Basil. III, cap. 5 ; verum exorcistæ omissi sunt in repurgatione ; habet enim illud caput hunc in modum : Omnis clericus usque ad ostiarios a personalibus excusator muneribus. Atque hæc quidem hoc modo. Interim etiam scias, quod hodie Ecclesia alios agnoscat ostiarios. Quapropter non iis quæ de his scripta sunt, sed inveteratæ consuetudini est, obtemperandum. Clerici autem etiamnum hodie illi vocantur, quos 42 cap. tit. 1, lib. 3, enumeravit, quod et superius partim insertum est.

Ex præsente hac, eaque sola lege constat, non liberari quemquam a patria potestate, eo quod in clerum asciscitur. Quod vero [dicitur] clericum patriæ potestati obnoxium, pleno dominii atque usus fructus jure ad instar castrensium peculiorum habere res quocunque modo ipsi acquisitas ; [id] ne intelligas de iis quæ ipsi ex legatis, hæreditatibus, vel donationibus obvenere, quæ peculia profectitia vel adventitia appellantur : sed de iis modo, quæ ipsi occasione clericatus accessere. Ita enim illud, Quocunque modo, intelligendum est. Nam a præsente lege leges de peculiis non evertuntur. Quære vero etiam 35 canonem concilii Carthaginensis, qui de rebus quæ clericatus occasione ad clericos devolvuntur, et quæ ab ipsis in testamentis relinqui debent, diversum quiddam ab hac præsente docet. Existimo enim canonis [præscriptum] prælatum iri, quanquam id non faciat mala consuetudo. Atque hæc quidem de bonis clericorum, atque patria potestate in ipsos. Porro patriarchæ Constantinopolitani, [ejus] que solius magistratuum insignia, patria potestate clericos liberant. Qua de re lege quæ in cap. 36 præsentis tit. a nobis scripta sunt. Episcopatus vero dignitas in ipsa confestim ordinatione a patria

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'. — Τίνες εἰσὶ κληρικοὶ ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως.

Συνόδου Λαοδικείας κανὼν κδ'.

Κείμενον. Ἡ β' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν κληρικοὺς λέγει, πρεσβυτέρους, διακόνους, ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, ἡ μέντοι ς' διάτ. τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος, καὶ ἐξορκιστῶν καὶ πυλωρῶν μέμνηται.

Σχόλιον. Ἡ β' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ργ', κειμένη ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. α', κεφ. μβ', τοιοῦτον μὲν οἷον ἐντὸς φησι, τὸ λα' κεφ., μὴ περιέχοντι, διαλαμβάνοντι δὲ ταῦτα ῥητῶς · Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας οὓς πάντας κληρικοὺς καλοῦμεν, τὰ πράγματα ἀφ' οἱουδήποτε τρόπου εἰς τὴν αὐτῶν δεσποτείαν περιελθόντας ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἔχειν ἐξουσίαν προστάττομεν καθ' ὁμοιότητα τῶν στρατιωτικῶν πεκουλίων ὥστε δύνασθαι αὐτοὺς καὶ δωρεῖσθαι κατὰ νόμους καὶ ἐπ' αὐτοῖς διατίθεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ὑπὸ τὴν τῶν γονέων εἰσὶν ἐξουσίαν, οὕτω μέντοι γε ὥστε τοὺς τούτων παῖδας, ἢ τούτων μὴ ὑπόντων τοὺς γονεῖς αὐτῶν τὸ νόμιμον μέρος κομίζεσθαι.

Ἡ ς' διάτ · τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος ἐτέθη ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. γ', κεφ. ε'. Πλὴν τὸ περὶ τῶν ἐξορκιστῶν παρελείφθη ἐν τῇ ἀνακαθάρσει. Ἔχει γὰρ οὕτω τὸ κεφ. Πᾶς κληρικὸς ἄχρι καὶ τῶν ὀστιαρίων, προσωπικῶν ἐξκουσσατευέσθω λειτουργιῶν. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. Σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ἄλλους σήμερον ἐπιγινώσκει ἡ Ἐκκλησία ὀστιαρίους καὶ πυλωρούς, διὸ οὐκ ὀφείλομεν προσέχειν τοῖς περὶ τούτων γεγραμμένοις, ἀλλὰ τῇ κρατούσῃ συνηθείᾳ. Κληρικοὶ δὲ ἐκεῖνοι καλοῦνται καὶ σήμερον οὓς τὸ μβ' κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ γ' βιβλίου ἀπηριθμήσατο, ὅπερ καὶ κατεστρώθη ἐν μέρει ἄνωθεν.

Σημείωσαι. Ἀπὸ τοῦ παρόντος νόμου καὶ μόνου ἀναφαίνεσθαι τὸ μὴ ἀπολύεσθαι ἐκ τῆς ὑπεξουσιότητος διὰ τὸ κληρωθῆναι. Τὸ δὲ ἔχειν ὑπεξούσιον κληρικὸν τὰ ἀφ' οἱουδήποτε τρόπου ἐπικτηθέντα αὐτῷ πράγματα κατὰ δεσποτείαν καὶ χρῆσιν καθ' ὁμοιότητα τῶν στρατιωτικῶν πεκουλίων μὴ ἐκλαβοῦ, καὶ εἰς τὰ ἀπὸ ληγάτων ἢ κληρονομῶν ἢ δωρεῶν περιελθόντα αὐτοῖς τὰ καὶ λεγόμενα πεκούλια ἄπροσπόριστα. Ἀλλὰ εἰς μόνα τὰ προφάσει τοῦ κλήρου ἐπικτηθέντα αὐτοῖς. Οὕτω γὰρ ἐκληπτέον τὸ ἀφ' οἱουδήτινος τρόπου, ὅτι οὐδὲ ἀνετράπησαν ὑπὸ παρόντος νόμου, οἱ περὶ τῶν πεκουλίων νόμοι. Ζήτει δὲ καὶ τὸν λβ' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἕτερον τι διδάσκοντα παρὰ τὸν παροντα νόμον χάριν τῶν προφάσει τοῦ κλήρου περιελθόντων πραγμάτων εἰς τοὺς κληρικοὺς καὶ χάριν τῶν ἐνδιαθήκοις καταλιμπάνεσθαι ὀφειλόντων ὑπὸ τούτων πραγμάτων · νομίζω γὰρ ὡς προτιμηθήσονται τὰ τοῦ κανόνος κἂν ἀπὸ συνηθείας τοῦτο οὐ γίνεται. Καὶ ταῦτα μὲν χάριν τῶν πραγμάτων τῶν κληρικῶν, καὶ τῆς ὑπεξουσιότητος αὐτῶν τὰ δὲ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ μόνον ἀρχοντίκια ἀπολύοντι τῆς ὑπεξουσιότητος τοὺς κληρικούς, καὶ ἀνάγνωθι τὰ περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὸ λς' κεφ. τοῦ παρόντος τίτ. Τὸ δὲ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ-

ναθεν ἀπαλλάττει τοὺς χειροτονουμένους ἐκ τῆς ὑπεξουσιότητος, καθὼς καὶ τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ αὐτῷ νεφ. πλατύτερον παρεδηλώσαμεν.

Ἕτερον σχόλιον. Σημείωσαι. Ὁ μὲν συνθέμενος τὸ νομοκάνονον πατριάρχου μέλλων διδάξαι τίνες εἰσὶ κληρικοὶ παρέπεμψεν αὐτὸ εἰς τὸν κδ' κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου συναριθμοῦντα τοῖς κληρικοῖς καὶ τοὺς μοναχούς. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀφίστημαι ὧν ἔγραψα εἰς τὸν ιδ' κανόνα τῆς ζ' συνόδου, καὶ ἀνὰ ταῦτα. Προστίθημι δὲ τοῖς γραφεῖσιν καὶ ταῦτα, ὅτι εἰ δοθῇ ἀπὸ μόνης τῆς ἀποκάρσεως ἀναγνώστας εἶναι τοὺς μοναχοὺς ἀδιαστίκτως τὰ τῶν ἀναγνωστῶν ἐνεργήσουσι πάντες μοναχοὶ ἀποκεκαρμένοι κἂν παρὰ μοναχῶν ἱερέων ἀπεκάρησαν μήτε ἡγουμένων ὄντων, μήτε ἀπὸ ἐπισκόπου λαβόντων τὸ ἐνδόσιμον, ὅπερ ἄτοπον καὶ γυναιξὶ δὲ μοναχαῖς τοῦτο τὸ δίκαιον ἐπιφιλοτιμηθήσεται διὰ τὴν ἀπόκαρσιν, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ πλέον ἀτοπώτατον. Μὴ γοῦν πρόσχῃς τῇ κακῇ συνηθείᾳ, ζήτει δὲ τὴν διάλυσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ' — Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι οὔτινος ἡ γυνὴ ἐμοιχεύθη, καὶ ἐὰν γυνὴ κληρικοῦ μοιχευθῇ.

Συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν η'.

Κείμενον. Καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος κ. τ. λ., usque ad ῥεπουδίου ρλδ' νεαρᾶς.

Σχόλιον. Ὁ θ' τίτ. τοῦ θ' βιβλίου τοῦ κώδικος ἐτέθη ἐν βιβλίῳ ξ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. λζ' κεφ. μβ', τοῦτο δὲ τὸ νεφ, παρελείφθη· ἡ ρλδ' νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐτέθη ἐν βιβλίῳ κη' τῶν Βασιλικῶν τίτ. ζ', κεφ. α', θ', να', τίτ. ζ', ἐν μέρει οὕτως ἔχοντι· Τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα ταῖς προσηκούσαις ὑποβαλλομένην ποιναῖς ἐν μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι, καὶ εἰ μὲν εἴσω διετίας ὁ ἀνὴρ αὐτὴν ἀναλαβεῖν βουληθείη ἐξουσίαν αὐτῷ διδόαμεν τοῦτο ποιεῖν, καὶ συνοικεῖν αὐτῇ μηδένα κίνδυνον ἐντεῦθεν ἐλαβουμένῳ, μήτε διὰ τῶν ἐν μέσῳ γινομένων καταβλαπτομένου τοῦ γάμου, καὶ ταῦτα μέν φησιν ὁ πολιτικὸς νόμος. Καὶ ἔχε τὰ τῆς νεαρᾶς ταύτης ἐπὶ τῶν λαϊκῶν, ὁ γὰρ ἐκκλησιαστικὸς νόμος ἤτοι ὁ η' κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου οὔτε τὸν ἄνδρα τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς εἰς ὑπηρεσίαν ἱερατικὴν παραχωρεῖ ἔρχεσθαι, οὔτε τὸν ἱερέα τὸν σύζυγον τῆς μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθείσης παραχωρεῖ καὶ αὖθις εἶναι ἱερέα, ἀλλὰ ἀναγκάζει τοῦτον ἀπολῦσαι τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ θέλει τέως ἱερατεύειν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'. — Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι κληρικὸν ἀπολελυμένως, ἀλλὰ πάντως εἰς ἐκκλησίας, ἢ μοναστήρια.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν κϛ'.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'. — Περὶ περιοδούντων, καὶ τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἐκκλησιῶν.

Συνόδου Λαοδικείας κανὼν νζ'.

Κείμενον. Ἡ ια' διάτ., τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου, λέγει, κ. τ. λ., usque ad ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν.

Σχόλιον. Ἡ ια' διάτ. του γ' τίτ. τοῦ κώδικος ἐτέθη εἰς βιβ. γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτ. γ', κεφ. ϛ', οὕτως ἔχον· Ἐξ αὐτῆς τῆς κώμης ἐν ᾗ ἐστιν ἡ ἐκκλη-

potestate liberat, quemadmodum hoc etiam in eodem capite latius demonstravimus.

Aliud scholium. Patriarcha, qui nomocanonem composuit, docturus quinam sint clerici, [lectorem] mox remisit ad canonem 24 concilii Laodiceni, qui clericis etiam monachos connumerat. Ego vero non recedo ab iis quæ in canonem 14 concilii septimi scripsi, quæ lege. Quin scriptis adjicio, quod si concedatur per solam tonsionem monachos fieri lectores, citra distinctionem quicunque monachi tonsi, quæ lectorum [propria] sunt, facient: tametsi a monachis sacerdotibus, qui [monasteriorum] præsules non sunt, neque ab episcopo [tondendi] facultatem acceperunt, tonsi sint: quod absurdum est. Imo vero mulieribus monachis hoc jus propter tonsionem etiam indulgeri debebit, quod longe absurdissimum est. Ne igitur ausculles malæ consuetudini, sed correctionem quæras.

CAP. XXXII. — *Ne ordinetur, cujus uxor adulterium commisit, et si clerici uxor adulterium commiserit.*

Concilii Neocæsariensis canon 8.

Textus. Etiam lex civilis etc., *usque ad* novellæ 134 de repudiis, *ut pag.* 535.

Scholium. Tit. 9 lib. IX cod. positus est in lib. Basil. LX, tit. 37, cap. 42. Hoc vero caput omissum est. Novella [autem] Justiniani 134 posita est in lib Basil. XXVIII, tit. 7, cap. 1, themate 7, quod pro parte ita habet: Mulier vero quæ adulterium commisit, competentibus subdita pœnis, in monasterium conjiciatur; atque si maritus intra biennium eam recipere voluerit, damus ei hujus agendi licentiam, ut et in matrimonio eam habeat, neque ullum ex hoc revereatur periculum: matrimonio quoque per ea quæ medio tempore facta sunt, non lædendo. Atque hæc quidem civilis lex. Intellige vero hanc novellam de laicis. Ecclesiastica namque lex, sive canon 8 concilii Neocæsariensis, neque maritum mulieris adulteræ ad sacerdotale ministerium devenire, neque sacerdotem maritum mulieris, quæ post [ipsius] ordinationem adulterium commisit deinceps sacerdotem esse sinit: sed hunc uxorem adulteram, si modo sacerdotio fungi velit, repudiare cogit.

CAP. XXXIII. — *Ne clericus in liberum ministerium, sed omnino in [certam] ecclesiam aut monasterium ordinetur.*

Concilii Chalcedonensis canon 6.

CAP. XXXIV. — *De circuitoribus, et vicorum ecclesiis.*

Concilii Laodiceni canon 57.

Textus. Const. 11, tit. 3, lib. I, dicit, etc., *usque ad* per dominos compellantur, *ut pag.* 558.

Scholium. Constit. 11, tit. 3, lib. I cod. posita est in lib. Basil. 3, cap. 6, quod sic habet: Ex eodem vico, in quo est ecclesia, secundum proportionem

loci, judicio episcopi clerici ordinantor: ac propriam capitationem agnoscunto. Constit. 16 ejusdem tit. et lib. in Basil. non est posita. Constit. autem 2, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 123, positaque est in lib. Basil. III, tit. 1, cap. 38, quod sic habet: Ascriptitios vero in his solis possessionibus quarum ascriptitii sunt, clericos citra voluntatem dominorum fieri concedimus : ea tamen conditione, ut clerici facti nihilominus impositam sibi agricolationem adimpleant. Scias autem, quod hæc novella, quæ de ascriptitiis [tractat] aliter habuit, priusquam componeretur corpus Novellarum, et aliter in corpore scripta, et in Basil. transposita est. Antea enim et capitationis (quod etiam capita Latinis dicitur) mentio facta, et ascriptitios per substitutos ruralia officia exsequi [debere] statutum fuerat. In corpore vero [Novellarum] alterum ipsorum (de capitatione nempe) non est positum. Quapropter etiam quantum ad capitationem sive canonarium [tributum] attinet, ad legem superius insertam, atque in lib. III, cap. 6, positam : quantum vero ad ascriptitios, ad canonem 57 Laodiceni concilii, et novellam Justiniani 123, sive caput 38, tit. 1 lib. III Basil. quod itidem superius insertum est, te referre debes. De canonario autem [tributo], et consuetudinibus quæ pro ordinatione dantur, huc usque [in republica] vim habet aurea bulla celebris istius imperatoris Isaaci Comneni, quæ partim ita habet : Statuit vero imperatoria mea majestas, ut etiam in ordinatione sacerdotum et canonariis [tributis] vetus forma auctoritatem obtineat: et nihil in ordinatione episcopus qui ordinat, amplius accipiat, quam præstimatæ monetæ imperatoriæ meæ majestatis septem aureos nummos duntaxat: unum videlicet, quando ordinandum faciat simplicem papam sive lectorem ; tres, quando ordinat diaconum ; alteros tres, quando sacerdotem sive presbyterum perficit, sic similiter pro canonario [tributo] a vico triginta infumibula habente, similem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, hordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, gallinas triginta : a vico vero qui viginti infumibula habet, aurei bessem, pro duobus argenteis argenteum [unum], agnum dimidiatum, hordei modios quatuor, vini mensuras quatuor, farinæ modios quatuor, et gallinas viginti : a vico denique qui decem infumibula habet, argenteos quinque, agnellum unum, hordei modios duos, vini mensuras duas, farinæ modios duos, et gallinas decem : quemadmodum [hæc] in veterum Actuariorum sigillis etiam perscripta sunt. Atque [hæc quidem dandarum] specierum conveniens ordinatio imperatoriæ meæ majestati placuit. Cum hac vero aurea formali bulla confectus est etiam 15 mensis Januarii indictionis 10, a sanctissimo illo patriarcha domino Nicolao synodalis commentarius, qui jubet, ut secundum hanc auream bullam canonaria [tributa], ac pro ordinatione [dari solita] dentur.

A σία κατὰ ἀναλογίαν τῶν τόπων κληρικοῖ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου χειροτονείσθωσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιγινωσκέτωσαν κεφαλιτιῶνα. Ἡ ις' διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτ. καὶ βιβλίου οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικά. Ἡ δὲ β' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ργ', καὶ ἐτέθη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλίκων γ', τίτ. α', κεφ. λη', οὕτως ἔχον· Τοὺς ἐναπογράφους ἐν αὐταῖς μόνον ταῖς κτήσεσιν ἐν αἷς εἰσιν ἐναπόγραφοι, κληρικοὺς καὶ παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, ἐφ' ᾧ μέντοι ὥστε κληρικῶς αὐτοὺς γινομένους τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς γεωργίαν πληροῦν. Πλὴν γίνωσκε ὅτι αὕτη ἡ νεαρὰ ἡ περὶ τῶν ἐναπογράφων ἄλλως εἶχε πρὸ τοῦ συντεθῆναι τὸ πλάτος τῶν Νεαρῶν, καὶ ἄλλως ἐγράφη εἰς τὸ πλάτος, καὶ μετετέθη εἰς τὰ Βασιλικά· πρότερον μὲν
B γὰρ καπιτιῶνός τε ἐμέμνητο ἤτοι κεφαλιτιῶνος, ὅτι καὶ καπίτους ἡ κεφαλὴ κατὰ Λατίνους λέγεται, καὶ δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν τοὺς ἐναπογράφους διωρίζετο. Εἰς δὲ τὸ πλάτος καὶ εἰς τὰ Βασιλικὰ τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν ἤτοι τῆς κεφαλιτιῶνος οὐκ ἐτέθη. Διὸ καὶ ὀφείλεις προσέχειν χάριν μὲν τῆς κεφαλιτιῶνος ἤτοι τοῦ κανονικοῦ τῷ ἄνωθεν καταστρωθέντι νόμῳ καὶ κειμένῳ ἐν βιβλίῳ γ', τίτ. γ', κεφ. ς', χάριν δὲ τῶν ἐναπογράφων τῷ νζ', κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ τῇ ργ'. Ἰουστινιανείῳ νεαρᾷ, ἤγουν τῷ λη' κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, τῷ καὶ ἄνωθεν καταστρωθέντι. Χάριν δὲ τοῦ κανονικοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ χειροτονίας διδομένων συνηθειῶν, ἐνεργεῖ μέχρι τοῦ νῦν χρυσόβουλλον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως Κυρίου Ἰσαακίου τοῦ
tem habere, Nicænæ synodi esse impudenter declaratur. Sed et Honorius papa Monothelitarum amplexus hæresim a pontificia dignitate et fidelium communione dejectus fuit. Sardicensis quoque synodus Hosium locum Romani episcopi obtinentem habens, hæreticum absolvit Marcellum Ancyranum.

INTERROGATIO II.

Quot quosve legitimos patriarchas Romani non receperint, nihilque ipsis nocuerit eorum inconsiderata rejectio.

RESPONSIO.

Flavianum Antiochenum tres sibi ordine succedentes Romanæ sedis episcopi in communionem non receperunt, æque ac initio Alexandrinus Theophilus; deinde vero illorum tertius, et Theophilus vix susceperunt. Hic ille Flavianus est qui sanctum archiepiscopum incomparabilem et divinum Chrysostomum ordinavit presbyterum. Præterea Romani pontifices nec Fravitam recepere, nec sanctum Euphemium, nec Macedonium eo quia Acacium e diptychis non ejecerint. Sed nec sanctæ Trinitati charum, omnique sacerdotali virtute præditum Chrysostomum initio quidem susceperunt, dicentes illum Antiochena relicta, non debuisse ad Constantinopolitanam sedem promoveri; deinde vero ejus quoque tutelam gessere. Nescio vero an et Meletium Antiochenum aversati sint: fieri enim potuit ut illum non receperint Paulini ergo, quem Occidentales ordinarunt. Nam et epistolam magni Basilii esse novi ad Terentium comitem, in qua ob aversum a Meletio animum Occidentales exagitant, vel ac de rebus minus recte judicarent. Verum forte Meletium, quod in secunda consederit synodo, sua ipsorum communione non censuerunt indignum.

INTERROGATIO III.

Quinam patriarchæ imperatorum odio a sua ipsorum sede deturbati, deinde ab Orthodoxis principibus recepti sunt?

RESPONSIO.

Admirabili Anastasio ejecto Thaumaturgus Gregorius Antiochenam Ecclesiam 24 annis obtinuit omnibus acceptus, verum post ejus ad Dominum migrationem, iterum Antiochiam reversus est Anastasius. Loco venerandi, ac mundi salutem operantis Chrysostomi, Arsacius et Atticus susceptui fuere, quamvis ambo ejus depositionem probaverint, et ex ipsius inimicorum numero essent. Pro Eutychio Constantinopolitano pari modo Joannes susceptus est, et post ejus obitum rursus Eutychius. Pro Helia Hierosolymitano Joannes, quamvis pietatis ergo Elias persecutionem toleraret. Nescio an oporteat et his accenseri Cyrum ab Amastride, qui post Callinicum a Justiniano malo, cum secundo imperium recepit, excæcatus, in patriarcham Constantinopolitanum est electus, eo quod, dum illa urbe pœnitentiæ causa inclusus degeret, Justiniano sui ipsius imperii recuperationem prædixisset. Expulsus est

etiam a Belisario Silverius, quasi, ut mihi videtur, adversus Romanorum res machinaretur, atque alter in ejus locum sŭffectus est.

λεύων τοῖς Ῥωμαϊκοῖς πράγμασι, Σιλβέριος, οἶμαι· καὶ ἀντεισῆκται ἀντ' αὐτοῦ ἕτερος.

INTERROGATIO IV

Quibusnam damnatis episcopis, ordinati ab ipsis nihil detrimenti passi sunt?

RESPONSIO.

Damnato Paulo Samosateno, nemo eorum qui sub ipso erant, dignitatis suæ jacturam fecit, licet eorum criminum participes essent, quibus Paulus deponi meruit. Nestorio deposito nemo ex illis, qui ab ipso ordinati fuere, ab ordinatione descivit. Petrus Mongus adhuc presbyter a sancto Proterio depositus, mox in ejusdem necem cum Timotheo conspiravit occisore, deinde Alexandrinam sedem invasit, et Chalcedonensem synodum in omnibus anathemati subjecit, et nihilominus ordinati ab ipso licet deposito, occisore, et hæretico, præterea et ipsi hæresim profitentes, cum pœnitentiam egissent, in communionem recepti fuere. Felix quoque Romæ episcopus ad Zenonem imperatorem scribens, constitutionem ejus, qua Petrum quidem Ecclesia ejecit, ordinatos vero ab eo, pœnitentia acta, suscepit, divinum typum vocat: cum ipso autem in suis litteris expostulat cujus rei gratia Petrum in Ecclesiam induxerit, a qua eumdem ante pepulerat, et Joannem persequeretur. Meletius Antiochenus in Eustathii Sebasteni episcopi locum ab hæreticis ordinatus, indeque Berrhœam translatus, deinde iterum ab ipsis Antiochiæ episcopus est constitutus, illisque hæresi notatis hunc Ecclesia suscepit. Qui a Sergio, Pyrrho et Macario ob hæresim ab Ecclesia pulsis ordinationem consecuti fuerant, pœnitentia peracta, in Ecclesia manserunt. Idem sane et observatum fuit erga eos quibus Macedonius Pneumatomachus manus imposuit. Acacium inter vivos adhuc Romani depositione atque anathemate perculerunt, post obitum vero, imperante Justino Anastasii successore, et Joanne Constantinopolitanam sedem obtinente, eumdem Acacium, legatione ad imperatorem missa, e diptychis tolli mandarunt, sed ordinatos ab illo confratrum loco habuerunt, et cum iis communicarunt. Eos præterea quibus Anastasius et Niceta hæretici sacramentum ordinis ministraverant, septima synodus ecclesiastica communione nequaquam censuit indignos. Denique Meletius innumerorum reus exstitit criminum, alienos thronos invasit, martyres mœrore affecit, contra suum patriarcham rebellavit, eique thronum rapuit, cum Ario societatem iniit, imo et persecutionis tempore, ut inquit Socrates, idolis immolavit, easque ob res a Petro depositus fuit; nihilo tamen minus, quamvis ejus depositio multoties confirmata fuerit, si non ordinandi facultatem, attamen episcopi nomen recuperavit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Τίνων καταχριθέντων οἱ ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθέντες οὐδὲν ἐβλάβησαν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Παύλου τοῦ ἐκ Σαμοσατέων καταχριθέντος, οὐδεὶς τῶν ὑπ' αὐτοῦ καθῄρηται, καίτοι συμπεπραχότων αὐτῷ ἐκεῖνα, δι' ἃ ἐκεῖνος καθῃρέθη. Τοῦ Νεστορίου καθαιρεθέντος, οὐδεὶς τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων καθῄρηται. Πέτρου τοῦ Μόγγου ἔτι πρεσβυτέρου ὄντος, καὶ καθαιρεθέντος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πρωτερίου, εἶτα εἰς τὸν αὐτὸν αὐτοῦ θάνατον Τιμοθέῳ τῷ φονεῖ συνδεδραμηκότος, καὶ μετὰ ταῦτα τὸν θρόνον τῆς Ἀλεξανδρείας μετὰ θάνατον ἐκείνου ἁρπάσαντος, καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον καθ' ἑκάστην τῷ ἀναθέματι ὑποβάλλοντος, οἱ ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντες, καίπερ καθῃρημένου καὶ φονέως καὶ αἱρετικοῦ, αἱρετικοὶ ὄντες καὶ αὐτοὶ ἔτι, μετανοοῦντες ἐδέχθησαν. Καὶ Φῆλιξ ὁ Ῥώμης γράφων πρὸς Ζήνωνα τὸν βασιλέα, τὴν διάταξιν αὐτοῦ, ἥτις Πέτρον μὲν τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλλεν, ἐκείνους δὲ μετανοοῦντας ἐδέξατο, θεῖον ἀποκαλεῖ τύπον. Ἐγκαλεῖ δὲ αὐτῷ ἀ' ὧν γέγραφε, τίνος χάριν τὸν Πέτρον ἐκβαλὼν τῆς Ἐκκλησίας, αὖθις αὐτὸν εἰσήγαγε, καὶ τὸν Ἰωάννην ἐδίωξε. Μελέτιος ὁ Ἀντιοχεὺς ὑπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθεὶς ἀντὶ Εὐσταθείου Σεβαστείας ἐπισκόπου, κακεῖθεν μετενεχθεὶς εἰς Βέρροιαν, εἶτα πάλιν ὑπ' αὐτῶν καταστὰς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, ἐκείνων ὡς αἱρετικῶν δυσφημουμένων, οὗτος παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεδέχθη. Οἱ ὑπὸ Σεργίου καὶ Πύρρου χειροτονηθέντες καὶ Μακαρίου, τούτων ὡς αἱρετικῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐδιωχθέντων μετανοήσαντες προσεδέχθησαν. Καὶ οἱ ὑπὸ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου χειροτονηθέντες ὡσαύτως. Τὸν Ἀκάκιον οἱ Ῥωμαῖοι ἔτι μὲν περιόντα καθαιρέσει ὑπέβαλλον καὶ ἀναθέματι· μετὰ τελευτὴν δὲ, Ἰουστίνου μετὰ τὸν Ἀναστάσιον βασιλεύσαντος, πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτὸν, καὶ τῶν διπτύχων ἐκβαλόντες, Ἰωάννου τηνικαῦτα τὸν θρόνον διέποντος Κωνσταντινουπόλεως, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας συλλειτουργοὺς εἶχον, καὶ ἐκοινώνουν αὐτοῖς. Οἱ ὑπὸ Ἀναστασίου καὶ Νικήτα τῶν αἱρετικῶν χειροτονηθέντες παρὰ τῆς ἑβδόμης ἐδέχθησαν συνόδου. Καὶ Μελέτιος δὲ μυρίων ἔνοχος γέγονεν, ἐπεπήδησε θρόνοις ἀλλοτρίοις, ἐλύπησε μάρτυρας, ἐπανέστη τῷ οἰκείῳ πατριάρχῃ, καὶ τὸν αὐτοῦ θρόνον ἥρπασε, συναπήχθη Ἀρείῳ· ὡς δὲ λέγει Σωκράτης καὶ εἰς τὸν διωγμὸν ἐπέθυσε. Καὶ διὰ ταῦτα ὑπὸ τοῦ Πέτρου καθῃρέθη· ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ καθῃρέθη πολλάκις, ὕστερον εἰ καὶ μὴ τὴν ἱερωσύνην, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκόπου ἀπείληφεν.

INTERROGATIO V.

Quando nonnulli simultate adacti, alter in alterum sententiam tulit, neuter vero ipsorum quid damni passus est, nec lacessens, nec lacessitus?

RESPONSIO.

Divinus Joannes contra Cyrillum egit, placide

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Πότε κινηθέντες εἰς ἔχθραν κατ' ἀλλήλων, τινὲς ἀπεφήναντο, καὶ οὐδέτερος αὐτῶν ἐκ τούτου τι παρεβλάβη, οὔθ' ὁ ποιήσας, οὔθ' ὁ καθ' οὗ πεποίηκεν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ θεῖος Ἰωάννης κατὰ Κυρίλλου πλὴν ἡσύχως

καὶ ἀπροσώπως καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐκείνῳ καὶ φρονήματος καὶ λόγου, καὶ σχήματος, καὶ Κύριλλος κατὰ τούτου, καὶ Κύριλλος καὶ Θεοδώριτος κατ' ἀλλήλων. Φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀπεχθείας διαῤῥήδην ἐβόα Κύριλλος· Ἰωάννης ἐν πατριάρχαις, καὶ Ἰούδας ἐν ἀποστόλοις.

A tamen, nec directe ad ejus personam, imo ea quæ illum deceret prudentia, aptaque tum loquendi tum agendi ratione. Cyrillus etiam cum ipso simultates exercuit et cum Theodoreto. Quin et dissidii tempore aiunt Cyrillum clara voce inclamasse : Joannes inter patriarchas, et Judas inter apostolos.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ς'.

Πόσοι οἰκουμενικαῖς συνόδοις ὑπακούειν ἀπέστησαν, ἀλλ' οὐδὲν αὐτὰς ἔβλαψαν ;

INTERROGATIO VI.

Quot œcumenicis parere synodis recusarunt, sed earum auctoritatem nihil læserunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ναυάτος ὁ Ῥώμης ὑπὸ ἐπισκόπων καθῃρηται, Παῦλος ὁ Σαμωσατεὺς ὑπὸ ιβ' ἐπισκόπων, ὡς ψιλὸν τὸν Χριστὸν λέγων ἄνθρωπον κατεκρίθη. Τὰ κατὰ Σύμμαχον καὶ Λαυρέντιον ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν ρ' διῆτησαν· καὶ τὸν μὲν Σύμμαχον, ὡς ἕνα τῶν ἑπτὰ διακόνων B ὄντα, καὶ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν τὸν θρόνον διέποντα, ἐδικαίωσαν αὐτὸν κατέχειν· Λαυρέντιον δὲ, Νοτκερίας ἐπίσκοπον, καίπερ ἐπὶ τέσσαρα ἔτη τὴν Ῥώμην ταράξαντα, εἶναι ὥρισαν. Ὕστερον δὲ στάσεις κινῶν αὖθις καὶ ταραχὰς, ὑπὸ Συμμάχου ἐννόμως καθῃρηται. Τὸν πνευματομάχον Μακεδόνιον ἐπίσκοποι καθεῖλον ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὧν ἐξῆρχεν Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν. Τὸν καὶ τῶν ἀγγέλων ὑπέρτερον πανάγιον Χρυσόστομον κρατεῖν τὸν θρόνον, ἐπίσκοποι μετὰ τὴν παράλογον καθαίρεσιν. τὴν ὑπὸ Θεοφίλου γενομένην, ἐδικαίωσαν, τὴν τούτου παρ' οὐδὲν θέμενοι κατὰ τοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων κρείττονος ἁγίου ψῆφον. Ἀλλὰ καὶ ὅτε αὖθις ἐξεβλήθη παρὰ τῆς βασιλίσσης, Λεοντίου τοῦ Ἀγκύρας ἐπισκόπου τῶν C τότε ἀνεληλυθότων ἐξάρχοντος, οἰμώζων καὶ στενάζων ὅτι γε δίκης τυχεῖν οὐκ ἠξίωται, ἧς καὶ συμβωρύχους καὶ ληστὰς ἀξιοῦσθαι προσῆκεν, ὅπως τῶν κατ' αὐτῶν λεγομένων διδῶσι λόγον, ἐκδέδληται. Οὐκ ἂν δὲ οὗτος ἡττᾶτο, καίτοι γε τίς ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτοῦ ἐπιστημονικώτερος ; Εἰ ἦν τοῦτο παράλογον, τὸ ὑπὸ ἐπισκόπων κρίνεσθαι. Ἀλλὰ καὶ Ἀθανάσιος ὁ μέγας μετὰ τὴν ἐν Σαρδικῇ ἀθῴωσιν, καὶ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Μαξίμου γενομένην τοῦ ὁμολογητοῦ, ἡνίκα σύνοδον συγκροτήσας σύμψηφος καὶ αὐτὸς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεδογμένοις ἐγένετο, εἰδὼς ὡς μέγα ἑκάστη ἐνορία ἰσχύει εἰς τὰ κατ' αὐτὴν ὡς εἰκὸς συμβαίνοντα, σύνοδον τῶν κατ' Αἴγυπτον στγκροτήσας ἐπισκόπων, παρεσκεύασε καὶ αὐτοὺς D ὁμοίως τοῖς ἐν Σαρδικῇ καὶ Παλαιστίνῃ περὶ αὐτοῦ ψηφίσασθαι, καὶ χωρὶς ὧν πατριάρχου.

Novatus Romanus ab episcopis exauctoratus fuit. Paulus Samosatenus a 12 episcopis, quod nudum hominem esse Christum diceret, depositionis sententia multatus est. Symmachi et Laurentii causam sub Anastasio imperatore centum in urbe episcopi expenderunt, et Symmachum quidem, utpote unum ex septem diaconis, et juxta ecclesiasticas sanctiones sedem obtinentem, in ejusdem possessione retinendum esse censuerunt; Laurentium vero qui quatuor annis Romam turbaret, Nuceriæ episcopum esse decreverunt; cumque deinceps seditiones rursus ac turbas moveret, a Symmacho juste depositus fuit. Macedonium Spiritus sancti hostem episcopi Constantinopoli congregati dignitate abdicarunt, inter quos Acacius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, ejusque fautores emicuere. Angelis ipsis præstantiorem sanctissimumque Chrysostomum in pristina sedem restitui debere post ejus iniquam depositionem a Theophilo factam episcopi judicarunt, sententiam ab illo adversus angelis ipsis meliorem sanctum latam pro nihilo putantes. Sed et cum iterum ab imperatoris conjuge de episcopali sede deturbaretur, Leontio Ancyrano, primas inter episcopos qui tunc convenerant agente, ipse ejulans atque ingemiscens, quod justitiam consequi sibi non liceret, qua et sepulcrorum effossores, latronesque non fraudari par erat (ut scilicet eorum de quibus accusarentur rationem redderent) in exsilium missus fuit. Porro non ita conquestus fuisset; nam quis ejusmodi rerum ipso doctior? Si ab episcopis judicari absurdum contrarium que ecclesiasticis legibus esset. Sed et magnus Athanasius post ejus absolutionem in Sardicensi concilio, aliamque Hierosolymis a Maximo confessore factam (quando et ipse sententiæ de Athanasio apud Sardicam latæ, synodo coacta, consensit) probe sciens quanta, ut par est, auctoritate comprovinciales episcopi polleant in causis uniuscujusque provinciæ dijudicandis, synodum Ægypti episcoporum congregans, curavit ut et ipsi haud diversa a Sardicensis et Hierosolymitani concilii sententiis de se decernerent, quamvis nulli patriarchæ subesset.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ζ'.

Ποῖοι βασιλεῖς ἠγωνίσαντο περὶ εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν ;

INTERROGATIO VII.

Quinam imperatores pro tuenda Ecclesiarum pace dimicarunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐδήλωσεν Ἀρείῳ τὴν κατ' Ἀλεξάνδρου καταλῦσαι ἔχθραν, καὶ διαιτητὴν αὐτῷ

RESPONSIO.

Constantinus magnus Ario declaravit se velle, ut quas gerebat cum Alexandro inimicitias exstingueret,

et quæstionis arbitrum Osium confessorem ad ipsum misit, quo tempore etiam scripsit se, cum vellet sancta Hierosolymitanæ urbis loca venerabundus petere, et ibi Pascha efficere ob mutuas illas dissensiones vetitum fuisse. Ario autem dictis non parente, magnam synodum indixit. Theodosius Demophilo Ariano significavit, si Ecclesias obtinere vellet, pacifice erga Ecclesiam se gereret, sin minus Ecclesia excederet: id quod factum fuit, ordinatusque est Nectarius. Idem hic imperator, Innocentio ac Flaviano invicem dissidentibus, per se inimicitiam sustulit e medio, ac profligavit.

A Ὅσιον τὸν ὁμολογητὴν ἔστειλεν, ὅτε καὶ ἔγραψεν, ὡς βουλόμενος προσκυνητὴς τῶν ἁγίων τόπων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις γενέσθαι, κἀκεῖ τὸ Πάσχα ἐκτελέσαι, διὰ τοὺς πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντας ἐκωλύθη. Εἶτα μὴ πείσας, τὴν μεγάλην ἐκρότησε σύνοδον. Θεοδόσιος ἐμήνυσε Δημοφίλῳ τῷ Ἀρειανῷ εἰ βούλοιτο κρατεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρηνεύσαι πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν· εἰ δὲ μὴ εἰρηνεύοι, ἀναχωρῆσαι· ὃ καὶ ἐγένετο, καὶ ἐχειροτονήθη Νεκτάριος. Ὁ αὐτὸς οὗτος, κατ' ἀλλήλων γενομένων Ἰννοκεντίου καὶ Φλαυϊανοῦ, τὴν ἀναμεταξὺ αὐτῶν ἔχθραν ἐκ ποδῶν ἐκποίησι καὶ ἠφάνισε.

INTERROGATIO VIII.

Quibusnam in synodis, ex diversis licet archiepiscopalibus thronis collecti fuerint episcopi, illorum sanctiones suo robore caruerunt, eo quia nec juste, nec secundum ecclesiasticas regulas conditæ fuerint.

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'.

Ἐν ποίαις συνόδοις, καίπερ ἐκ διαφόρων ἀρχιερατικῶν θρόνων συνειλεγμένων τῶν συνελθόντων, οὐκ ἔσχεν ἰσχὺν τὰ δεδογμένα, διὰ τὸ μὴ ἐνδίκως καὶ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν γενέσθαι.

RESPONSIO.

Accidit hoc episcopis apud Antiochiam Constantio imperante in speciem dedicandæ Ecclesiæ ibi ab ipso ædificatæ congregatis. Hi enim Athanasium quidem jam antea a synodo Tyrio episcopatu spoliatum, rursus deposuere; Gregorium vero in ejus locum ordinarunt episcopum, quorum neutrum firmum aut stabile permansit. Interfuerunt autem huic synodo Eusebius tunc Constantinopolis, et Flaccillus Antiochiæ episcopi, cumque iis alii numero nonaginta septem. Idem pariter accidit his qui in Ephesina urbe adversus magnum Flavianum convenerant; aderant enim in illa synodo Dioscorus Alexandrinus, Juvenalis Hierosolymitanus, et Antiochiæ episcopus cum aliis doctis orthodoxisque, qui Eutychem quidem hæreticum innocentem pronuntiarunt, ac sacerdotale ipsi munus reddiderunt, sanctum vero Flavianum condemnaverunt. Sed et adversus Theodoretum, Cyrillo Alexandrino post obitum gratificantes, sententiam tulere, quorum nihil inconcussum exstitit, omnia enim paulo post quarta synodus, aliaque apud Byzantium coacta subvertit, nulla habita absurdi illic convenientium episcoporum consensus ratione. Idem dicendum de iis qui contra divum Chrysostomum concilium egere, cui adfuit Theophilus Alexandrinus cum aliis quibusdam episcopis, nonnullisque etiam ex ipsa Chrysostomi diœcesi depositionem ejus urgentibus atque adjuvantibus. Quinimo non secus actum est de episcopis 76 orientalibus apud Philippopolim Thraciæ convenientibus, cum Sardicæ synodus celebranda erat. Celebriores enim et doctiores episcopi ex universis propemodum Orientis sedibus illic congregati Julium quidem Romanum potificem, et Osium confessorem, aliosque nonnullos damnarunt; Athanasii vero et Pauli magnorum virorum depositionem, ut sibi videbatur, confirmarunt, quæ omnia deinceps mutata et infirmata fuere. Marcello quoque Ancyrano episcopo nihil profuit, unanimis episcoporum synodum apud Sardicam agentium, in eo ab illatis criminibus absolvendo, consensus,

C

D

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐπὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἐπὶ Κωνσταντίου, προφάσει τῶν ἐγκαινίων τῆς ἐκεῖ κτισθείσης ὑπ' αὐτοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας· οὗτοι γὰρ Ἀθανάσιον μὲν αὖθις καθεῖλον, ἤδη καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν ἐν Τύρῳ καθαιρεθέντα· Γρηγόριον δὲ ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐχειροτόνησαν, ὧν οὐδέτερον ἔμεινε βέβαιον. Ἦσαν δὲ ἐν αὐτῇ Εὐσέβιος ὁ τότε Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Πλάκιτος ὁ Ἀντιοχείας, μεθ' ὧν ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἐτέλουν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τοῦ μεγάλου συνεληλυθότων Φλαυϊανοῦ· παρῆσαν γὰρ ἐν αὐτῇ Διόσκορος Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, καὶ ὁ Ἀντιοχείας σὺν ἱκανοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, οἳ Εὐτυχῆ μὲν τὸν αἱρετικὸν ἀθῷον ἀπέφηναν, καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ ἀπέδωκαν· Φλαυϊανὸν δὲ τὸν ἅγιον κατεδίκασαν. Ἀλλὰ καὶ Θεοδώριτον, Κυρίλλῳ μετὰ τελευτὴν χαριζόμενοι, κατέκριναν, ὧν οὐδὲν ἀσάλευτον ἔμεινε· πάντα γὰρ μετ' ὀλίγον ἡ τετάρτη σύνοδος ἡ εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστρεψε, τὴν παράλογον τῶν ἐκεῖσε συνεληλυθότων συμφωνίαν ἐν οὐδένι θέμενοι λόγῳ. Ὁμοίως ἐπὶ τῶν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Χρυσοστόμου συνεληλυθότων· παρῆν γὰρ ἐν αὐτῇ Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας σὺν καί τισι τῶν αὐτοῦ ἐπισκόπων, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντινουπόλεως τινες τῇ καθαιρέσει συνήργησαν ταύτῃ. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Φιλιππουπόλεως τῆς Θράκης ἐκ τῆς ἓω συνελθόντων οϛ' ἐπισκόπων, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος ἔμελλε συγκροτεῖσθαι· οἱ λογιώτεροι γὰρ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖσε συναθροισθέντες ἐκ πάσης ἐπισκοπῆς, Ἰούλιον μὲν τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖσε σὺν τῷ Ῥώμης καθεῖλον, καὶ Ὅσιον τὸν ὁμολογητήν, καὶ ἄλλους. Ἐπεκύρωσαν δέ, ὡς ἐδόκουν, τὴν τῶν μεγάλων Ἀθανασίου καὶ Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ καθαίρεσιν, ὧν οὐδὲν ἄτρεπτον ἢ ἀμετάβλητον ἔμεινε· καὶ Μαρκέλλου δὲ τὸν Ἀγκύρας ἡ τούτων τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων συμφωνία ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀθῳώσει, καίπερ αὐτοῦ τοῦ Ῥώμης δι' Ὁσίου τοῦ ὁμολογητοῦ παραγεγονότος, ὃς τὸν αὐτοῦ τόπον ἀνεπλήρου, καὶ τῆς συνόδου δεκτέας οὔσης, οὐδὲν ὄνησε,

διὰ τὸ παραλόγως αὐτὴν γενέσθαι · φανερῶς γὰρ αὐτὸν ἡ δευτέρα σύνοδος ἀποκηρύττει.

A quamvis Romanus ipse episcopus per Osium confessorem ejus vices gerentem præsens exstitisset, ac præterea synodus illa suscepta fuerit, quia nimirum nec rite nec juste Marcellum absolvit; aperte enim ipsi secunda synodus excommunicationem inflixit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'.

Πότε καθηρέθησαν ἐπίσκοποι, καὶ πάλιν ἐδέχθησαν κανονικῇ εὐθύτητι, ἢ τῇ τοῦ ἰδίου λαοῦ παρακλήσει ;

INTERROGATIO IX.

Quando abdicati episcopi, iterum juxta canones, vel populo sibi commisso postulante, pristinam dignitatem receperunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐν διαφόροις μὲν συνόδοις καὶ ὑπὸ διαφόρων τοῦτο πολλάκις ἐγένετο, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου γέγονε, καὶ ἐπὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου Ἀγκύρας, καὶ Μακαρίου, καὶ ἑτέρων πολλῶν, ὡς εἴρηται. Παρακλήσει δὲ λαοῦ ζητοῦντος τὸν ἴδιον ποιμένα ἐγένετο ἐπὶ Ἡρακλᾶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, οὗ διάδοχος Διονύσιος, εἶτα Μάξιμος, ἔπειτα Θεωνᾶς, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἅγιος ἱερομάρτυρ Πέτρος. Ἐγένετο δὲ τοιῶσδε · Ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἡρακλᾶ Ὠριγένης ὁ καλούμενος Ἀδαμάντιος, τὴν ἰδίαν φανερῶς ἐξηγούμενος αἵρεσιν, τετράδι καὶ παρασκευῇ. Τοῦτον τοίνυν ὡς παραποιοῦντα τὴν ὑγιαίνουσαν διδασκαλίαν, καὶ παραχαράσσοντα τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἐχώρησεν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἐπίσκοπος Ἡρακλᾶς καὶ ἐδίωξε τῆς Ἀλεξανδρείας. Ὁ δὲ αὐτὸς ἐκκήρυκτος Ὠριγένης, ἀπερχόμενος εἰς τὰς τῆς Συρίας πόλεις, κατήντησεν εἰς πόλιν ὀνομαζομένην Θμούην, ἐπίσκοπον ἔχουσαν ὀρθόδοξον ὀνόματι Ἀμμώνιον, ὃς καὶ ἐπέτρεψε τῷ αὐτῷ Ὠριγένει ὁμιλῆσαι λόγον διδακτικὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. Τοῦτο δὲ ἀκούσας ὁ πάπας Ἡρακλᾶς ὁ εἰρημένος, ἐξῆλθεν εἰς Θμούην, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο καθήρεσε τὸν Ἀμμώνιον, καὶ παρέδωκεν ἀμφοτέροις, τῷ Ἀμμωνίῳ, φημὶ, καὶ τῷ Φιλίππῳ, τὴν ἐπισκοπὴν Θμούης. Μετὰ δὲ τὸ ἀποστῆναι τὸν ἅγιον Ἡρακλᾶν ἐκεῖθεν, ὁ μὲν θαυμαστὸς Φίλιππος οὐδ' ὅλως ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ συνθρόνου · ἀλλ' ἐξημένου τοῦ Ἀμμωνίου, ἦγουν λειτουργοῦντος, ἵστατο ὀπίσω αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς τοῦ Ἀμμωνίου ζωῆς. Ὅτε δὲ ἐκοιμήθη ὁ Ἀμμώνιος, τότε ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου ὁ Φίλιππός, καὶ ἐγένετο τῶν ἐπισήμων ἐν ἀρετῇ, καὶ θαυμαζομένων ἐπισκόπων. Ὅτι τὸν Ἄρειον διάκονον ὄντα καθήρεσεν ὁ ἐν ἁγίοις ὁσιομάρτυρ Πέτρος, καὶ ἐξωστράκισε τῆς Ἐκκλησίας τελείως. Ἀχιλλᾶς δὲ ὁ ἐν ἁγίοις διάδοχος αὐτοῦ τοῦ ἱερομάρτυρος Πέτρου Ἀλεξανδρείας τοῦτον οὐ μόνον ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτερον ἐχειροτόνησε, καὶ φροντίζειν τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου ἔταξεν. Ὅτι τὸν Εὐτυχῆ καθαιρεθέντα ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαυϊανοῦ, ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων ἐδέξαντο μετὰ θάνατον ἐκείνου. Ὅτι τὸν ἥλιον καὶ φωστῆρα τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τῶν ἁγιώτατον Χρυσόστομον, καθαιρεθέντα (πῶς ἔφερε δίκη ;) ὑπὸ Θεοφίλου ὁμοδόξου ἐπισκόπου χωρὶς τῶν ἄλλων πατριαρχῶν, ἐδέξαντο καὶ συναπεδέξαντο. Ὅτι Πετρον τὸν Μηλίτου, καθαιρεθέντα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου οὐ μόνον ἐδικαιώσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Σάρδεων μητροπολίτην πεποιήκαμεν. Ὅτι καὶ ἑτέρους πλείστους κάθ-

RESPONSIO.

In diversis quidem synodis, et a diversis episcopis id sæpenumero factum fuit, quemadmodum et sancto Anastasio et Macello episcopo Ancyræ, et Macario, aliisque multis, ut ante diximus, accidit. Favore autem populi proprium pastorem petentis idem evenit Heraclæ sanctissimi Alexandriæ patriarchæ, cui successit Dionysius, deinde Maximus, mox Theonas, et post hunc sanctus martyr Petrus. Res autem ita se habuit : agebat in humanis ejus- B dem sanctissimi Heraclæ temporibus Origenes cognomine Adamantius, et quarta et sexta feria in suis ad populum sermonibus excogitatam a se hæresim manifeste declarabat. Hunc utpote subvertentem sanam doctrinam, et adulterantem orthodoxam fidem e fidelium cœtu segregavit idem sanctus episcopus Heraclas, et Alexandria pepulit. Ejectus autem eo pacto Origenes in Syriam abiit, pervenitque ad urbem nomine Thmuim, cui orthodoxus episcopus præerat nomine Ammonius. Hic sermonem præceptorium in Ecclesia Origenem habere permisit. Quod cum ante dictus papa Heraclas intellexisset, Thmuim accessit, et eam ob causam deposuit Ammonium, tradiditque ambobus, Ammonio inquam et Philippo, illius urbis episco- C patum. Postquam autem sanctus Heraclas inde discessit, eximius quidem Philippus nullo pacto adduci potuit ut in communi throno consideret; sed Ammonio sedente, hoc est sacra mysteria celebrante, stetit retro ipsum cunctis diebus, quibus in humanis degit Ammonius; verum eo obeunte, tunc in throno sedit Philippus, unusque ex episcopis virtute insignibus, et a cunctis admirationi habitis evasit. Arium, cum adhuc diaconus esset, sanctus martyr Petrus deposuit, et extra Ecclesiam penitus eliminavit. Sanctus vero Achillas ejusdem martyris Petri Alexandrini successor, hunc non modo in communionem recepit, sed et presbyterum fecit, eumque Alexandrini gymnasii curam gerere voluit. Eutychem a sancto Flaviano depositum, D Alexandrinus, Antiochenus, et Hierosolymitanus episcopi post ejus obitum in suam ipsorum communionem recepere. Sanctissimum Chrysostomum humanarum animarum solem et luminare a Theophilo ejusdem cum ipso fidei episcopo, cæteris patriarchis insciis atque inconsultis (quomodo passa est justitia ?), depositum, universa Ecclesia pro episcopo habuit, et unanimi consensu in sua communione retinuit. Petrum Meliti episcopum a sancto Methodio damnatum non modo nos absolvimus,

sed et Sardium metropolitam creavimus. Denique alios plurimos ob delicta a sancto Ignatio depositos, nos suscepimus, aliosque a nobis depositos idem sanctus Ignatius in sui communionem recepit.

INTERROGATIO X.

Quot ab œcumenicis synodis defecere?

RESPONSIO.

A prima utique duodeviginti, et hi quidem celebriores. Plures vero ab altera, qui una convenientes triginta sex numerum explebant. A tertia triginta, et pontifex Antiochenus. A quarta infinita multitudo, imo et omnes qui Dioscoro studebant, quique nec subscripserunt.

A αιρεθέντας ἐπὶ ἐγκλήμασι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν καθαιρεθέντας ὁ ἐν ἁγίοις Ἰγνάτιος ἐδέξατο.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'.

Πόσοι τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἀπέστησαν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῆς μὲν πρώτης ὀκτὼ καὶ δέκα οἱ λογιώτεροι· τῆς δὲ δευτέρας πλείονες, οἳ καὶ συνελθόντες ἅμα τριάκοντα καὶ ἓξ ἐτίλουν. Τῆς τρίτης τριάκοντα καὶ ὁ τῆς Ἀντιοχείας. Τῆς τετάρτης πλῆθος ἄπειρον, καὶ οἱ τοῦ Διοσκούρου πάντες, οἳ οὐδ' ὑπέγραψαν.

ANNIS DOMINI DCCCLXX — DCCCIC.

PETRUS SICULUS,

ET

PETRUS ARGORUM, EPISCOPUS.

NOTITIA.

(MONGITORIUS, *Bibliotheca Sicula* t. II, *pag.* 158-160).

Petrus Siculus, ita dictus quia in Sicilia ortus, vir genere clarus, doctissimus ac celeberrimus. Ut Saracenorum tyrannidem in Sicilia incrudescentem declinaret, in Orientem fugit anno 830, ex Octavio Caetano in *Animad. ad tom. II SS. Siculor.* pag. 18, ibi diuturnam protraxit moram; et ob eximiam doctrinam Basilio imperatori ejusque filiis Constantino et Leoni gratissimus fuit. Apud ipsos permagna valuit auctoritate, qui et nonnullis beneficiis Petrum exornarunt. Ab ipsis legatus missus Timbricam Armeniæ urbem anno 870, ut captivos Christi fideles permutaret, ibique nonimestre spatium exegit, ac demandatam sibi provinciam feliciter absolvit. Cum autem plenam hæresis Manichæorum cognitionem accepisset, hujus historiam scripsit erroresque docte impugnavit. De eo Baronius, *tom. X Annal.* an. 870, n. 66.; hujus etiam meminit tom. VIII, an. 653, n. 14. At tom. IX, ann. 722, n. 1; anno 810, n. 4, et an. 685, n. 2, Lucam Siculum vocat. De eo etiam Caetanus cit. pag. 18 et 27; Possevinus in *Appar. Sacr.* tom. III, pag. 69. At tom. II, *pag.* 354, sub Lucæ Siculi nomine; diversum enim Lucam Siculum a Petro Siculo ex Baronii errore putavit: sed ut oculatissimus Gerardus Jo. Vossius *De hist. Græcis*, lib. IV, cap. 19, p. 490, Casimirus Oudinus in *Supplemento ad Bellarminum De scriptor. ecclesiasticis*, pag. 261, et Nicolaus Antonius in *Biblioth. Hispana vet.* tom. I, lib. V, cap. 7, n. 395, animadvertunt, idem est. Vide etiam Joannem Bollandum in *Actis SS. Januarii* tom. II die 25. Januar, 1125; Hautbertum Miræum, in *Auctar. Biblioth. Eccles.* cap. 256, p. 230 : Matthæum Raderum in *Observat ad hist. Petri Siculi* qui in dubium revocat sitne ille, quem Joannes Carapotales in suæ historiæ exordio, Siculum magistrum vocet, et Petrum Siculum intelligendum suspicatur. At Caetanus cit. p. 18, putat de Michaele Glyca historico sæculo accipi debere, quod ex utriusque historiæ fine plane colligitur. Vossius vero cit. in *Addict. pag.* 542, dubitans an hic magister Siculus Carapotali et Cedreno in *Exordiis hist.* memoratus, sit Michael Glycas, Petrus Siculus, an Joannes Siculus, verisimilius putat de Joanne Siculo intelligi; at lib. IV, cap. 21, pag. 499, de Joanne Siculo historico scribens ait : Philippum Labbæum, in *Delineatione apparatus ad historiam Byzantinam*, p. 44, alibi nodum hunc dissoluturum promisisse. Vide etiam Franciscum Seorsum in Epistola ad Lectorem *Homil.* Theoph. Ceramæi; Philippum Labbæum in *SS. Patrum*, etc. *Bibliotheca Chronol.* p. 106; Guillelmum Cave, in *Scriptor. Ecclesiast. histor. litter.*, an 870, p. 392; Lud. Morerium in *Dict.* tom. II, p. 357; et L. Ellies Dupin, in *Biblioth. auctor. eccles.* tom. VIII, cap. 17, pag. 194.

Scripsit Petrus Siculus *Historiam de vana et stolida Manichæorum hæresi* quam ms. Græce asservabat Vaticana bibliotheca (Bavarica, ait Vossius cit.). Hujus fragmenta quædam Latinitate donata a Jacobo Sirmondo Soc. Jesu edidit Baronius, t. VIII, IX, et X, loc. cit. et alibi, unde a Sirmondo Roma hæc Historia ad Marcum Velserum missa tunc Augustæ Vindelicorum, et ab isto ad Matthæum Raderum transmissa est, ut Latinam faceret, ac typis daret, quod effecit, prodiitque Græce et Latine notisque illustrata, hoc titulo insignita: *Petri Siculi Historia ex ms. codice bibliothecæ Vaticanæ Græce, cum Latina versione edita per Matthæum Raderum e soc. Jesu*, Ingolstadii ex typographia Adami Sartorii 1604, in-4, inde Latine tantum in tom. II. *Supplementi ad Bibliothecam Patrum*, Parisiis apud Ægidium Morellum 1639, in-fol. cum hac inscriptione : *Petri Siculi Historia de vana et stolida Manichæorum hæresi archiepiscopo Bulgarorum nuncupata.* Et tandem in nova Bibliothecæ Patrum editione. Lugduni apud Anissonios 1677, in-fol. exstat in tom. XVI, pag. 753.

Possevinus in *Appar.* tom. III, pag. 69, alterius operis Petri Siculi meminit, ait enim : *Petrus Siculus de Manichæis pulchrum et elegantem librum Græce conscripsit, quem aliquoties Baronius cardinalis tam. VIII et IX ann. citat, quem item ad se ab eodem cardinali missum vertit noster Matthæus Raderus et Augustæ utraque lingua vulgavit. Idem quoque Græce Historiam scripsit, quam Græce et Latine a se versam Matthæus ipse Raderus Soc. Jesu protulit in lucem an.* 1604, *Ingolstadii.*

Ideoque præter Historiam supra relatam aliud Petri Siculi opus de Manichæis vertisse ac edidisse Raderum Augustæ opinatur Possevinus : at in errorem lapsum puto Possevinum ; nunquam enim editum existimant viri eruditi : nec auctores allati de ipsius editione aliquid innuunt. Solummodo hoc opus a Radero memoratur in Epistola ad lectorem, Historiæ præfixa, ubi ait, quod Petrus Siculus in eadem Historia aliam lucubrationem promittit, in qua ad sex capita omnes Manichæorum errores reducit, eosque impugnat ; additque Jacobum Sirmundum ipsi dixisse, in Vaticana Bibliotheca duo eorumdem errorum capita servari, a Petro doctissime expugnata. Id ipsum tradit Du Pin citatus.

Petrus alter et ipse Siculus, ut ex Oratione edita in sanctum Athanasium patet, fuit Argivorum episcopus in Peloponneso. Octavius Caetanus in *Animad. ad tom. II SS. Sicul.* p. 18, incertum esse ait, an idem sit iste et supra relatus Petrus Siculus, qui de Manichæorum historia scripsit ; sed leviter indicia, ut addit, hoc suadent, nempe idem nomen, eadem natio, idem tempus in quo floruere. At pag. 27, in sententiam quod diversi fuerint, propendet. In supradictam suspicionem incidit Franciscus Blanditius Catanensis Soc. Jesu apud Joannem Bollandum in *Actis SS.* tom. II, Januar. die 25, p. 1125 ; sed eumdem esse absolute affirmant Petrus Carrera in *Mem. Catanen.* vel. II, lib. VI, *pag.* 37 ; et lib. II, pag. 351. et Jo. Bapt. de Grossis in sua *Agathia*, cap. 30, p. 238, 242 seq. At ego cum Augustino Ingoves in *Panormit. Sacr.* p. 207 et 208, et Josepho Bonafide Lucensi in libro *Palermo Patria di S. Agatha*, part. I, cap. 17, p. 129 ; et in *Supplem.* p. 74, puto alium omnino esse : quod hæ rationes suadent ; primo, quia Petri Siculi liber, *De erroribus Manichæorum*, tum in editione Raderi, tum in *Bibliotheca Patrum* titulum habet : *Petri Siculi Historia*, etc., oratio vero : *Petri humillimi Argivorum episcopi Epitaphium*, unde vides in hoc deficere verbum *Siculi* ; etsi exstet apud Carreram, et Bollandum a Blanditio additum, ut idem Bollandus fatetur in *Actis SS.* Febr. I, p. 611, n. 105. At nationis nomen ex ipsius orationis narratione deducitur, ut Caetanus cit. observat, pag. 18. Secundo colligitur, quia qui de Petro Siculo supra relato scripsere, ut Baronius, Possevinus, Raderus, Miræus, Vossius, Oudin, Cave, Labbæus, aliique, nunquam affimarunt, Petrum Argivorum episcopum fuisse. Tertio, quia utriusque operis stylus longe diversus. Quamvis autem Grossus, ut allatis rationibus respondeat vane desudet, attamen Grosso abunde respondit Bonafides *loc. cit.* Petrus igitur in Oriente vixit, litteris ac virtutibus clarus, et Argivorum episcopus fuit. Tempus quo vixit incertum, etsi Caetanus, cit. p. 18, primi Petri synchronum putet secundum. Hoc solummodo certum, quod cum in S. Athanasium Methones episcopum perorasset, qui anno 885 decessit, ex Caetano cit. tom. II *SS. Sicul.* p. 52 ; post annum 885 claruit, vel orationem in Athanasii morte, vel in anniversaria celebritate dixerit ; quod incertum est. Scripsit Petrus orationem inscriptam : Petri humillimi Argivorum episcopi epitaphium in B. Athanasium Methones episcopum. Exstat in tom. II, *SS. Siculor.* Octavii Caetani pag. 52 et seq, ex codice ms. cœnobii S. Salvatoris apud Massanam. Quamvis autem Bollandus in *Actis SS.* Febr. tom. I, p. 611, n, 107, suscipicetur, opus hoc forsan S. Petri Thaumaturgi ; at nostro Petro ascribit Caetanus, p. 52 ; et in *Animad.* p. 18 et 19. Aliique ex nostris supra citatis, et ex eadem Petri oratione non obscure eruit Caetanus. Allatam vero a Bollando conjectationem futilem esse ostendit Bonafides cit. loc. pag. 130. Exstant etiam apud Petrum Carreram vol. II, *Histor. Catanæ*, lib. I, p. 38 et seq , et apud Bollandum 31 Januarii pag. 1125, hoc apposito titulo : *De S. Athanasio episcopo Methonensi in Peloponneso vita, auctore Petro Siculo Argivorum episcopo, interprete Franc. Blanditio Soc. Jesu.* Quamvis autem hanc Vitam versam putet Bollandus a Blanditio, a quo accepit, attamen eadem est versio ab Augustino Florito Soc. Jesu edita, et a Caetano et Carrera delata, a Blanditio expolita, et in aliquibus corrupta, ut advertit Petrus Salernus in *Addict. ad animad.* cit. Caetani p. 9. Quod consideranti patet. Addo versionem a Carrera allatam non esse Leonardi Pate, ut putat Grossus loc. cit. pag. 239. Pate enim orationis Fragmentum solummodo vertit, ubi de D. Agatha ; ita enim intelligendus Carrera, pag. 355.

NOTITIA ALTERA.

(LEQUIEN, *Or. Christ.* t. II, p. 184.)

Argus episcopus fuit Petrus genere Siculus Vitæ S. Athanasii Methonensis scriptor, sive Oratione funebris in beatum illum Methones episcopum : qui Athanasius eo tempore natus erat quo Saraceni primam in Siciliam incursionem fecerant, circa annum proinde 879. Scripsit et narrationem de Manichæis, quam Bulgarorum archiepiscopo nuncupavit. Initio operis se a primis temporibus Basilii imp. missum significat ad hæreticorum illorum progeniem, quæ in Armeniæ partibus pullularat : Ἔκτοσε παραγενόμενος ἐν ἀρχῇ αὐτοκρατορίας Βασιλείου, τοῦ ἐκ Θεοῦ προκεχειρισμένου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡμῶν. Cui ejusque filiis imperatoribus multos annos apprecatur. Atqui historiam hanc edidit cum nondum esset Argivorum episcopus renuntiatus, quod post annum 890, Nicolao mystico patriarcha Constantinopolitano factum esse colligitur ex synaxariis Græcis. In eo quippe quod est collegii Parisiensis PP. Soc. Jesu die 3 Maii memoria fertur « S. P. N. Petri Argivorum thaumaturgi, qui patriam habuit Constantinopolim, piissimis illic parentibus natus, qui cum omni familia sua monasticæ vitæ sese dedidere. Cum autem ob virtutis excellentiam eo adigeretur ut Corinthi archiepiscopatum admitteret, præ modestia et humilitate vinci non potuit ut consentiret. Quocirca ordinato illic fratre suo Paulo, eum illuc secutus est. Verum Argivorum suique fratris precibus inductus, Argus episcopus consecratur. In primis charitate erga pauperes fulsit, imminentem Peloponneso famem prænuntiavit. Demum annum agens septuagesimum post sexcentos agones spiritum Deo reddidit. » In Chronico brevi Græco quod typis editum est post historiam Ducæ Michaelis Nepotis, ad annum 6929, Christi 1421, indict. XIV Januarii 21, fer. 3 : « Siguntonanes Latinorum episcopus dicitur sanctissimi Petri Nauplii et Argorum episcopi pretiosas reliquias ab urbe Argis Nauplium quæ episcopalis sedes est, transtulisse. Qui tunc illic præsentes fuere, asseverant, ubi sanctum monumentum apertum est, terram motu concussam esse. Odor etiam suavis multas manavit locum illum et aerem implens, sed et sepulcrum lumine splenduit. Pretiosæ reliquiæ multo honore depositæ sunt, quarum particulis a fidelibus acceptis, complures per illas sanati fuere. » Sancti hujus Argivorum episcopi Petri Oratio exstat in SS. Anargyros Cosmam et Damianum.

DE PETRO SICULO EJUSQUE OPERE

MONITUM.

(ANG. MAI, Bibliotheca nova t. IV, par. II, pag. 1).

1. De Petro Siculo, qui medio sæculo non claruit, verba diu non faciam, postquam ejus notitiam satis uberem tradidit Mongitorius in Sicula bibliotheca t. II, p. 158-159. Nempe is patriam tyrannide Saracenorum oppressam fugiens, Byzantium mature se contulit, ibique Basilii Macedonis ejusque liberorum Cæsarum gratiam nactus, in Armeniam legatus abiit propter captivorum permutationem ; atque illic in urbe Tibrica anno fere demoratus, Manichæorum multitudinem deprehendit, qui Pauliciani tunc dicebantur, ex Paulo scilicet quodam Samosatensi, qui aliquanto post Manetis supplicium, hæresim illam continuavit, perque discipulos ac successores late ampliavit. Ex illa igitur mora ac notitia ortum est Petro consilium scribendi historiam Manichæorum, a primo mali auctore usque ad suam ætatem, cum ipsius hæreseos refutatione. Fabricius quoque *B. G.* t. VII, p. 329, de Petri opere pro instituto suo breviter dixit. Wolfius denique in Præf. ad *Anecdot. Gr.* t. I, comparationem Petri cum Photio, paris argumenti scriptore, instituit. Jamdiu dixerat Montfauconius, *B. Coislin.* p. 349, Photium historicæ suæ lucubrationis partem maximam ex Petro Siculo desumpsisse. At Wolfius dubitare maluit, utrum Photius ex Petro, an ex Photio Petrus rem mutuatus sit. Ego vero in Montfauconii sententiam pedibus eo. Etenim quum Petrus non auctorem se libri tantummodo, sed rei gestæ actorem semet dicat ; et quidem res atque arcana Manichæorum apud eos præsentem cognovisse, et disputationes cum illis habitas in commentarios contulisse, Basilii regnantis anno secundo, quis eum a Photio potius materiam hanc derivasse, credibiliter dicat ? Cumque Petrus ad nobilissimum scribat præsulem, Bulgariæ videlicet archiepiscopum, quis eum tam impudentem fuisse existimet, ut opus ex alienis scriptis potius, et quidem hominis tunc viventis, compilatum quam proprium mitteret ? Photium contra plagiarii more se gerere solitum, satis me docuisse puto, cum ejus Amphilochia edidi. Quod si invidiosus plagiarii titulus displicet, at Photium certe alienorum sæpe scriptorum recitatorem dicere licet, veluti in Nomocanone ac Syntagmate, et in ipso clarissimi nominis Myriobiblo. Quid ? Tractatus ejus, ut vulgo creditur, adhuc

neditus de Spiritus sancti processione, nonne in pervetere codice Vaticano inscribitur auctori Metrophani Smyrnarum ætate photiana episcopo?

2. Nunc ut ad rem nostram propius accedamus, Paulicianorum sui temporis hæreticorum, qui Manichaicam doctrinam profitebantur, historiam scripsit Petrus uno libro comprehensam; quam altius repetens ut jam diximus, ab Manete ipso, imo et retro aliquantum, exorsus est. Hac elucubrata, reique argumento exposito, sex deinde sermones continuavit, quibus pessimos sectæ errores viriliter refutavit. Id vero præstans opus in unico conservatum fuit, quantum hactenus constat, Vaticano codice 511, membraneo, vetere, et ab auctoris temporibus parum distante. Partem ejus historicam, id est librum sermonibus sex præpositum, exscriptam hinc magnus Jac. Sirmundus ad Velserum in Germaniam misit; cujus nactus apographum Matth. Raderus typis cum Latina interpretatione commisit Ingolstadii anno 1604 Cæteroqui Sirmondus monuerat, teste Radero, alia duo in Vaticano codice legi capitula, totidem refutantia Manichæorum errores, sed ea nudis propemodum divinarum Litterarum testimoniis constare. Revera tamen Sirmondi affirmatio (si forte is memoriæ lapsu ita dixit) bis laborat; primo quia non duo, sed tres, post historiam remanent in codice Vat. sermones: iterum, quia sacræ quidem Scripturæ testimonia his sermonibus subtexuntur, neque tamen eos constituunt. Interim dolendum est, quod sex sermonum a Petro compositorum priores tres tantummodo in Vaticano exemplari supersunt, ut postea dicemus, reliquis æterna fortasse nocte sepultis, aut temporis injuria consumptis.

3. Quæ cum ita sint, equidem observato ante hos annos Vaticano codice, qui cum sit unicus, magni pretii est, et periculis etiam fortunæ obnoxius, constitueram tres ineditos tantummodo post historiam sermones typorum munimento abs quovis fortuito interitu vindicare, et obrutam in his doctrinam ad communem usum perferre. Etenim ex quo Sirmondus codicis notitiam protulit, et historicum librum Raderus vulgavit, ducenti fere et quinquaginta anni effluxerunt, quin tamen operis reliqui, quantum ibi continetur, editio abs quovis curata sit. Quin adeo parti editæ nonnulli quidem doctissimi homines (loc. cit. apud Fabric. et Wolf.) secundas curas adhibere prout res poscebat optarunt; sed tamen casso semper effectu id promiserunt. Ego vero Raderi editionem cum Græco parumper conferens, dolendam valde et intolerandis mendis refertam comperiebam. Id autem contigisse puto, non quia Sirmondus Græcitatis et codicum peritissimus (si certe manu propria usus fuit) prave exscripserit, sed quia Raderi editio non ex ipso Sirmondi autographo, sed ex traditis typothetæ schedis derivata videtur; cujus rei mihi indicium erant loci nonnulli, ubi Latina Raderi editio a Græca ejusdem differt, id quod fieri sine diverso Græco exemplari non potuit. Præterea insigniora quædam menda inde manarunt, quod scripturæ compendia seu verborum, ut dicimus, nexus non sunt intellecti, ideoque perperam explicati, id quod evidentibus deinde exemplis comprobabo. Sed enim ne Latina quidem Raderi interpretatio, quanquam bonæ Latinitatis ornatu se commendat, Græco textui quanta oporteret fidelitate respondet; manifestis imo erroribus a veritate non semel discedit: qua re mature intellecta Wolfius præf. cit. p. 6, dixit, novam Petri Siculi versionem omnino requiri. Hæc me rei momenta impulerunt, ut historiæ ipsius editionem novam ex originali codice perquam accurate exprimendam curarem; Latinam quoque interpretationem marte proprio stylo simplici adornarem: non qũia me Radero anteferam, sed quia sic necessitas postulare videbatur: scholia etiam identidem adjungerem quæ vel instituti mei rationem reddunt, vel Raderi librum emendant, vel denique historiam aut philologiam respiciunt. Certe nisi totum Petri Siculi scriptum simul protulissem, editio admodum imperfecta foret; namque ut historia refutationem, ita hæc vicissim historiam illustrat, quæ conjunctim omnia ad lectoris eruditionem oculis subjicienda fuerunt.

4. Pars cæteroqui nova, ideoque nobilior, libri nostri est, insigne operis addimentum, nunc primum ex Vaticano codice sumptum, id est tres antirrhetici contra Manichæos Petri Sermones, ex numero senario superstites; quorum primus adversus capitalem sectæ de duobus principiis errorem: secundus, quo beatissimæ Virginis Deiparæ honor defenditur: tertius denique perbrevis de sacrosancta Eucharistia. Atque hic tertius, vix cœptis sacræ Scripturæ testimoniis, in codice abrumpitur, revulsis olim nescio quo casu quaternionibus, quibus tres posteriores sermones perscribebantur; nempe quartus, de sanctæ crucis veneratione; quintus, de Veteris Testamenti auctoritate; sextus de presbyteratu seu sacerdotio: namque hæc fuisse deperditorum argumenta sermonum, ex historia cap. 10, cognoscimus. Porro an hi postremi alicubi lateant, lucemve forte aspecturi sint, valde dubito, quandoquidem priores quoque ex codice, ut dixi, unico, vix tandem aliquando nunc emergunt.

ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΧΡΕΙΩΔΗΣ ΕΛΕΓΧΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΑΙΡΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΠΑΥΛΙΚΙΑΝΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΗΘΕΙΣΑ ΩΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ (1).

PETRI SICULI

HISTORIA UTILIS ET REFUTATIO ATQUE EVERSIO

HÆRESEOS MANICHÆORUM QUI ET PAULICIANI DICUNTUR

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPO NUNCUPATA.

(Ang. Mai, *Nov. Biblioth. Patrum*, t. IV, p. 305.)

1-3 I. Etsi utiliter ignorantia silentio tegitur, nihilominus necesse est haud diutina taciturnitate premere, quæ tacenda minime sunt. *Dominus enim erudit cæcos*[1], et simplicium verborum cum fide prolatorum gratiorem habet balbutiem, quam rhetoricorum sermonum casses labyrinthi instar complicatos. Ergo et ego, quanquam sermone rudis, attamen sanctam Trinitatem, solum verumque Deum nostrum invocans, qui super omnia et per omnia et in omnibus glorificatur, qui omne os ad ipsum patens replet[2]; vestras simul auxilares habere preces postulans, o princeps pastorum sacri nuperque collecti ac pretiosi gregis Dominici, cum omnibus qui tibi adsunt venerandis pastoribus et universo Ecclesiæ cœtu; constitui deinceps ad vos scribere de Manichæorum, qui et Pauliciani dicuntur, detestanda hæresi; undenam, et quomodo, et quamobrem in hanc furiose 4 defectionem evaserit. Neque enim hi diversi ab illis sunt, sed iidem Pauliciani ac Manichæi, qui inventas a se nefandas hæreses antiquioribus connexuerunt

[Cod. vat. DXI. f. 80. b.] Α'. Εἰ καὶ χρησίμως ἡ ἀγροικία τῇ σιωπῇ συγκαλύπτεται, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἐστι μὴ μακρᾷ σιωπῇ παραδοῦναι τὰ σιωπῆς οὐκ ἄξια. Κύριος γὰρ σοφοῖ τυφλοὺς, καὶ τῶν ἐκ πίστεως προερχομένων ἁπλῶν ῥημάτων μᾶλλον προσίεται τὰ ψελλίσματα [b], ἢ τῶν ῥητόρων τὰς ἐκ τῶν λόγων ἄρκυς διελιττομένας καθάπερ λαβύρινθον. Τοιγαροῦν κἀγὼ εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ τὴν ἁγίαν Τριάδα τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπικαλεσάμενος, τὸν ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι δοξαζόμενον, καὶ πληροῦντα πᾶν στόμα δι' αὐτὸν ἀνοιγόμενον, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς συμμάχους αἰτούμενος λήψεσθαι ὡς ἀρχιποίμην [c] τῆς νεολέκτου [d] ἱερᾶς καὶ τιμίας τοῦ Κυρίου ποίμνης (2), σὺν πᾶσι τοῖς περὶ σὲ θείοις ποιμέσι, καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, συνεῖδον καθεξῆς γράψαι ὑμῖν περὶ τῆς τῶν Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων λεγομένων μυσαρᾶς αἱρέσεως, ὅθεν τε καὶ ὅπως καὶ διὰ τίνων ἐπὶ ταύτην ἤλασε μανιωδῶς τὴν ἀποστασίαν (3)· οὐ γὰρ ἄλλοι οὗτοι, καὶ ἄλλοι ἐκεῖνοι, ἀλλ' οἱ αὐτοὶ Παυλικιάνοι καὶ [cod. f. 81.] Μανιχαῖοι

[1] Psal. CXLV, 8. [2] Psal. LXXX, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Nescio cur Raderus in suo libro addiderit τῆς κενῆς καὶ ματαίας. [b] Rad. ψελίσματα, et mox ἄρκις. [c] Ita cod. [d] R. νεολέκτης.

NOTÆ.

(1) Dolendum est, quod ne noster quidem historicus nomen recitet hujus Bulgariæ archiepiscopi, quod reapse adhuc latet, deque eo disquiritur apud Coletum Illyr. sacr. T. VIII, p. 183, ubi de sede achridana.

(2) Bulgariæ ad Christianam fidem conversionem circa hæc tempora, id est medio fere sæculo nono, contigisse, cum alii passim dicunt, tum accurate narrat Coletus loc. cit.

(3) Ἀποστασία hoc loco dicitur non a religione sed ab imperio defectio. Nam diserte Cedrenus ed. Paris. p. 541, Manichæos dicit sævitia hostium Byzantinorum adactos, πρὸς ἀποστασίαν ἀπιδεῖν, *ad defectionem spectasse*.

ὑπάρχουσιν, ταῖς τῶν προηγησαμένων αἱρέσεσι τὰς ἐξευρεθείσας αὐτοῖς μυσαρὰς αἱρέσεις ἐπισυνάψαντες, καὶ ἐν ἀπωλείᾳ βάραθρον ἐπορύξαντες [a] · εἰ γὰρ καὶ τῶν αἰσχρουργιῶν [f] αὐτῶν εἰσιν, ὡς αὐτοί φασιν, ἀμέτοχοι, ἀλλὰ τῶν αἱρέσεων αὐτῶν ἀκριβεῖς εἰσι φύλακες.

A hæresibus, unumque simul perditionis barathrum effoderunt. Quanquam enim priorum turpitudines ut certe ipsi aiunt, non participant, eorumdem tamen errores mordicus tenent.

Β'. Ἀναγκαίως δὲ τοῦτο πεποίηκα [g], ἐπειδὴ δουλείας τινὸς βασιλικῆς ἕνεκεν ἐκεῖσε παραγενόμενος ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορίας Βασιλείου τοῦ ἐκ Θεοῦ προκεχειρισμένου μεγάλου βασιλέως ἡμῶν, τοῦ πᾶσι τοῖς θείοις χαρίσμασιν ὑπερφυῶς κεκοσμημένου [h], τοῦ εὐσεβῶς καὶ θεοφιλῶς τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν καὶ Χριστιανικωτάτης, ἀρχῆς τὰ σκῆπτρα διέποντος · ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὰς ἐτῶν περιόδους διέψοντος [i] ἅμα μ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ υἱέσιν καὶ θεοστέπτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν (4), ὧν ἀνεπίληστος καὶ ἄλληκτος [k] καὶ αἰωνία ἡ μνήμη καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι διαφυλαχθείη, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἡ δὲ δουλεία ἡμῶν, αἰχμαλώτων ἦν ὑπαλλαγὴ (5), ἥτις καὶ καλῶς γεγένηται ἐν τῇ ζωῇ καὶ χαρᾷ τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν. Χρονοτριβήσας τοίνυν ἐν τῇ αὐτῇ δουλείᾳ πρὸς τοὺς Παυλικιάνους ἐν Τιβρικῇ (6), καὶ πολλάκις αὐτοῖς διαλεχθείς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ πολλῶν ὀρθοδόξων ἐκεῖσε [l] κατοικούντων ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν μαθών · [cod. f. 81. b.] πάλιν δὲ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐνείνων ἀκούσας φληναφούντων ὡς μέλλουσιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀποστέλλειν ἐν τοῖς τόποις Βουλγαρίας τοῦ ἀποστῆσαί τινας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν καὶ μεμιαμμένην αἵρεσιν ἐπισπάσασθαι, τῇ ἀρχῇ τοῦ θείου κηρύγματος θαῤῥοῦντες, καὶ οἰόμενοι ὡς εὐκόλως δυνήσονται τῷ ἀδόλῳ [m] καὶ ἀληθινῷ σίτῳ τὰ οἰκεῖα σπείραι ζιζάνια [n] · εἰώθασι γὰρ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀνόσιοι, καὶ πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους προθύμως ἀναδέχεσθαι πρὸς τὸ μεταδιδόναι τῆς οἰκείας λοίμης [o] τοῖς παρατυχάνουσι διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν · κἀγὼ μὲν ὁ εὐτελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος, τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκεν [p], ὑμῖν τοῖς [q] δο-

II. Hanc autem lucubrationem necessario confeci, postquam regiæ cujusdam legationis officio ad illas regiones veni, circa initia regnantis Basilii a Deo electi, magni nostri imperatoris, omni divinorum munerum genere magnifice exornati, qui pie religioseque Romani, id est Christianissimi imperii sceptrum tenet, multisque annorum periodis cum sanctis liberis suis tenebit, a Deo coronatis regibus nostris, quorum incessabilis nullaque oblivione delenda, immortalis, inquam, memoria, tum hoc tum futuro ævo, precibus et intercessione sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ omniumque sanctorum, perseverabit. Nostra vero legatio pro commutandis captivis fuit, quæ et felicem exitum nacta est, viventibus atque gratulantibus sanctis imperatoribus. Ergo diu per hanc legationem apud Paulicianos in urbe Tibrica commoratus, et sæpe 5 cum iis disputando locutus, necnon ab orthodoxis, qui multi illic habitant perquam accurate edoctus; præterea cum ab illis quoque impiis ac delirantibus cognovissem, fore ut aliquos de suo cœtu in Bulgariam mitterent, qui incolarum partem ad suam impuram traducerent hæresim, fundamento divinæ prædicationis fidentes, putantesque facile se posse sincero veroque tritico zizania sua superseminare : solent enim hoc sæpe facere impii, multosque labores ac pericula alacriter adire, ut pestilentiam suam iis qui ocurrerint affient : propterea hoc ego cepi consilium, quanquam abjectus homo et cujuslibet virtutis expers, ea quæ non sine labore cognovi, communis tutelæ causa, vobis egregiis trapezitis tradendi 5. Tu vero, sacrum venerandumque caput, vocabulorum invenustatem dissimulans, munus nostrum

5 Matth. xxv, 27

VARIÆ LECTIONES.

[a] R. addit ἀπορύξαντες. [f] R. αἰσχροεργιῶν. [g] R. παρεποίηκα. [h] R. κεκοσμημένος. [i] R. διέχοντος. [j] Cod. αἷμα. [k] R. ἄνηκτος. [l] R. κεῖσε. [m] R. ἀδήλῳ. [n] Cod. ζηζάνια hic et alibi. [o] R. λοίμην. [p] R. ἕνεκα. [q] Deest τοῖς apud R.

NOTÆ.

(4) **De his Basilii filiis augustis dicetur inferius.**

(5) **Basilii nuper imperantis bella adversus Manichæos et eorum protectores Saracenos, narrant passim historici Byzantini. Et quidem ingens vitæ aut libertatis discrimen adiit ipse imperator apud Tibricam cum illis pugnans; cujus rei meminit Leo grammaticus ed. Paris. p. 471, ubi scribit** ἐν τοῖς Τιβρικοῖς, **quam urbem ignorans Latinus interpres, ridicule transtulit *Africam*. Sed rem belle corrigit etiam Georgius Hamartolus, vel ejus continuator, in codice Vatic. f. 204, b. ubi eam narraturus sic incipit :** Ἐστράτευσεν ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν ἐν τῇ Τιβρικῇ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαφόροις πολέμοις τούτοις συμβαλὼν ἡττήθη, καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπέβαλε, κ. τ. λ. ***Bellum gerebat imperator apud Tibricam cum Agarenis, variisque prœliis patratis, victus est multosque de Romanis amisit, etc.*** **Apud Leonem gramm. corrigendum est etiam cum Hamartolo** Ἀδάστακτος **pro** Ἀδήστακτος, **quod cognomentum erat Theophylacti, qui Basilium in fuga servavit.**

(6) **Hanc urbem in Armenia a Manichæis ædificatam narrabit postea noster historicus.**

suscipe, nihil te dignum exigens : neque enim ullum in nobis comperies virtutis vestigium, aut orationis elegantiam, ut reapse in sequentibus exploratum tibi fiet.

AD BULGARIÆ PRIMATEM PETRI PROLOGUS.

III. Lucis adventu dissipantur tenebræ, et pastorum cura fures ac ferarum insidiæ pelluntur. Genuinus rationalium ovisum pastor ille est, qui veri pastoris imitator fit ; *qui propriam animam, ut ille, pro ovibus suis ponit* [4] ; cujus justitia lucis instar diffunditur, qui sollicito animo et conatu omni, diaboli malis artibus apte adversatur. Etsi enim multæ sunt veteratoris insidiæ, ne tamen ejus cogitata ignoremus, magistra adest divina Scriptura : scilicet tanquam telas araneorum, laqueos ipsius debere nos reputare, fretos auxilio gloriosæ Trinitatis, Dei unius cœli terræque, invisibilium (6) et visibilium creatarum rerum conservatoris ac Domini. Porro haud perfunctorie his quæ dicentur auscultandum est ; etenim hinc ii qui perfectiore conditione sunt, validiores vires ad luctam contra diabolum pugnamque ciendam accipient, dum adversus contraria dogmata manus conserent, eaque in ecclesiastico divinorum dogmatum pelago victa submergent. Simplicioribus autem, et adhuc lacte, ut cum Apostolo dicam, nutritis infantibus tuta parabitur statio, ne aliquando succumbant boni deterioribus (5). Nam rudioribus hoc optimum præsidium erit, si profanos illos aversentur atque abominentur, neque illorum interrogationes responso dignentur : sed si quid ii sciscitati fuerint, idiotæ quidem auditores sileant, ac pro viribus ceu serpentem devitent. Nihil enim emolumenti capiet qui cum illis colloquetur : idcirco enim cum idiotis miscere sermones avent, *ut res sanctas pedibus suis conculcent* [6], et cœlestia atque augusta dogmata lacerent, si forte qui prudenter contradicat desit. Quomodo enim quempiam omnino hominem audient hi, qui Deum unicum singulis et diebus et horis, innumeris injuriis et contumeliis ac maledictis pulsant ? Et perutile quidem est, ut eos idiotæ dignoscant ; haud ideo tamen in colloquium cum iis veniant, ne forte periclitentur qui imperite sermones conserunt : vix enim ab iis transversi non agentur, si qui sunt indocti. Etenim illi cuncta utique Evangelii Apostolique oracula ore crepant :

ΤΩ ΠΡΟΕΔΡΩ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΠΕΤΡΟΥ [r']

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Γ'. Φωτὸς παρουσία λύει σκότος · καὶ ποιμένων ἐπιστασία ἀπελαύνει κλεπτῶν καὶ θηρίων συστήματα. Ποιμὴν λογικῶν ἀληθὴς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος ἀκόλουθος · [cod. f. 82.] ὁ τὴν ἰδίαν ὥσπερ ἐκεῖνος τιθεὶς ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ · οὗ ἡ δικαιοσύνη ὡς φῶς ἐκπορεύεται · ὁ μεμεριμνημένη ψυχῇ, πάσῃ μηχανῇ [8] ταῖς τοῦ διαβόλου κακίαις εὐστόχως ἀντιτεκνώμενος. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ ἕνεδρα τοῦ δολίου, ἀλλ' οὐκ ἀγνοεῖν τὰ νοήματα αὐτοῦ παρὰ τῆς θείας [t] Γραφῆς ἐξεπαιδεύθημεν, ὡς δὴ ἱστὸν ἀράχνου τὰς αὐτοῦ ἡγεῖσθαι [u] παγίδας, τῇ βοηθείᾳ τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανυμνήτου Τριάδος τοῦ μόνου Θεοῦ ποιητοῦ τοῦ οὐρανοῦ [v] καὶ τῆς γῆς, πάσης τε ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως, συνοχέως τε καὶ ἐξουσιαστοῦ νενομοθετήμεθα [x] · προσέχειν δ' ἄξιον, καὶ μὴ παρέργως τῶν ῥηθησομένων ἀκούειν. Γενήσεται γὰρ τοῖς μὲν τελειωτέροις τὴν ἕξιν προσθήκη νικητικὴ τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου πάλης καὶ μάχης, ἐν τῷ τοὺς ἐναντίους συμπλέκεσθαι δόγμασιν, καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τῶν θείων δογμάτων πελάγει ποιεῖν ὑποβρύχια · τοὺς δ' ἁπλουστέρους ἔτι καὶ γαλακτοτροφουμένους, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, ὡς νηπίοις ἀσφαλὴς ἕδρα τὸ μὴ περικίπτειν, ὡς κλοιὸς τοῖς χείροσιν. Ἄριστη γὰρ αὕτη μηχανὴ τοῖς ἁπλουστέροις τὸ τοὺς μιαροὺς ἐκείνους ἀποτρέπεσθαι μὲν καὶ βδελύττεσθαι · μὴ πειρᾶσθαι δὲ ταῖς αὐτῶν πεύσεσιν ἀνταποκρίνεσθαι · ἀλλ' ἐν τῷ πυνθάνεσθαι αὐτοὺς, σιγᾷν καὶ φεύγειν εἰ δυνατὸν [y] ἐξ αὐτῶν τὸν ἰδιώτην ἀκροατὴν ὡς ἐξ ὄφεως · οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖ ὁ τοιοῦτος πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενος (7) · [cod. f. 82. b.] διὰ τοῦτο γὰρ τοῖς ἰδιώταις προσδιαλέγονται, ὥστε τὰ ἅγια τοῖς ἑαυτῶν συμπατεῖν ποσὶ, καὶ διασπαράττειν τὰ οὐράνια καὶ θεοπρεπῆ δόγματα, μὴ ὄντος τοῦ ἐμφρόνως ἀντιμαχομένου αὐτοῖς· πῶς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἀκούσουσιν, οἱ [z] τὸν μόνον Θεὸν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τε καὶ ὥραν μυρίαις ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς καὶ ἁραῖς περιβάλλοντες ; ἄριστον οὖν ἐστι τὸ διαγινώσκειν αὐτοὺς τὸν ἰδιώτην · εἰς λόγους δὲ αὐτῶν μὴ ἔρχεσθαι, μήποτε καὶ κινδυνεύσωσιν οἱ ἀπείρως πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενοι · χαλεπὸν γὰρ τὸ μὴ συναρπασθῆναι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἁπλουστέρους · διότι πάντα τὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ

[4] Joan. x, 11. [5] I Cor. III, 2 ; I Petr. 2, 2. [6] Matth. VII, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[r] R. ὧν. [r'] cod. Πέτρος. [s] Vocabulum μηκανῇ alio transfertur a R. [t] R. θειῶν. [u] R. ἡγῆσθαι. [v] R. ὁ pro οὐρανοῦ. [x] R. νενομοθεθήμεθα. [y] R. δυνατῶν. [z] R. hic et sæpe deinceps ponit absurde compendiariam litteram καὶ vel κι, pro οἱ.

NOTÆ.

(1) Exemplo est Simeon palatinus, de quo in hac historia sermo fiet.

Ἀποστόλου λόγια διαλέγονται · καὶ μόνοι διαγινώσκουσι τὸν δόλον αὐτῶν, οἱ ἐν πολλῇ τριβῇ τῆς θείας Γραφῆς ὑπάρχοντες.

Δ'. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαροί, ὅτε τινὶ ἐξ ἀρχῆς διαλέγονται, χρηστὸν σχηματίζονται [a] ἔχειν τὸ ἦθος, καὶ [b] πάντα τὰ παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις Χριστιανοῖς δόγματα ἐπικυροῦσι [c] δολίως καὶ ἀναφωνοῦσιν [d] · ἀληληγοροῦντες [e] ἀθέσμως καὶ λίαν ἀμαθῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα Θεὸν ὁμολογεῖν λέγουσι · καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτήν · τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐνανθρωπῆσαι ἐν παρθένῳ λέγουσιν, εἰ καὶ ἀσεβῶς καὶ ἀθέως · καὶ ἀναθεματίζουσι [f] τοὺς μὴ οὕτως ὁμολογοῦντας · καὶ πάντα τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἰδιώματα, ἄλλως μὲν τῷ στόματι, ἄλλως [g] δὲ τῇ καρδίᾳ λέγοντες, Μάνεντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μιαροὺς αἱρετικούς, [cod. f. 83.] ἔτι δὲ καὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἀναθεματίζουσι προθύμως · ἄλλους γὰρ ἔσχον πολὺ χείρους αὐτῶν τῆς κακίας διδασκάλους καὶ ἀρχηγέτας ὑπάρξαντας, καθὼς μετὰ μικρὸν δηλωθήσεται · κατ' ἀπλῶς δίκην πολύποδος ἢ χαμαιλέοντος (8) τῷ καιρῷ καὶ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ προσώπῳ συμμεταβάλλονται, ὅπως τινὰ τῶν κουφοτέρων θηρεύσωσι · καὶ ὅτε γνῶσιν αὐτὸν προσέχοντα ταῖς ματαιολογίαις αὐτῶν, τότε μικρὸν παρεκφαίνουσιν αὐτῷ καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια. Διὰ τοῦτο χρησίμη καὶ ἡ τῶν βλαβερῶν διάγνωσις, οὐχ ἧττον τῶν ὑγιεινῶν. Διαγνωστέον γὰρ ταῦτα, οὐχ ὥστε χρᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ὥστε διαφεύγειν τὸν δι' αὐτῶν προσγινόμενον ὄλεθρον · ἰτέον τοίνυν ἐπὶ τὸ προκείμενον.

soli tamen dolos hæreticorum il discernunt, qui magnopere in divinis se Scripturis exercent.

IV. Illi quippe nefarii cum primum affantur aliquem, bonos simulant se habere mores, et omnia orthodoxorum Christianorum dogmata dolose approbant et proclamant : verumtamen impie atque inscitissime 7 sanctam Trinitatem cum allegoria confiteri se aiunt, imo si qui eam non confitentur, anathematizare se aiunt. Dominum quoque et Deum nostrum factum hominem in virgine dicunt, sed hoc ipsum impie et irreligiose; et anathema haud ita confitentibus dicunt; verumtamen omnes incarnationis Dominicæ proprietates aliter voce, aliter corde, affirmant. Tum etiam Manetem et reliquos cum eo nefarios hæreticos, necnon Paulum Samosatensem ultro anathematizant : alios quippe habuerunt multoque pejores improbitatis suæ magistros, prout paulo post ostendetur : et omnino polypi instar et chamæleontis, pro tempore et usu personaque mutantur : ut aliquem scilicet levioris ingenii hominem venentur; quem si suis nugis attendentem noverint, huic se pedetemptim cum suis mysteriis revelant. Propterea utilis est noxiarum quoque rerum notitia haud secus quam salutarium. Sunt enim cognoscendæ, non ut illis utamur, sed ut manantem ex his perniciem vitemus. Igitur ad propositum argumentum veniendum.

ΙΣΤΟΡΙΑ.

Ε'. Ὁ ἀρχέκακος ὄφις καὶ πονηρότατος δράκων, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεύς, καὶ πάσης ἀδικίας ἀρχηγὸς καὶ διδάσκαλος, ὁ τοῦ ψεύδους καθηγεμὼν [h] καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ τῆς ὑπερηφανίας βορβορώδης λίμνη, τὸ τῆς ἀλαζονείας [i] σαθρότατον ὕψωμα, ὁ δίκην [j] νηπίου τοῖς ποσὶ τῶν πιστῶν συμπατούμενος, τῇ οἰκείᾳ συμβουλῇ [k] τοῦ Θεοῦ χωρίσας τὸ αὐτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ μακαρίας διαγωγῆς δι' ὑπερβολὴν κακίας ἐκβληθῆναι τοῦτον παρασκευάσας, ὁ πανάθλιος τῆς κακίας τὴν ἡδονὴν ἀντιδοὺς πεπραμένον αὐτὸν ὥσπερ ἀνδράποδον [cod. f. 83. b.] ἐκ τῆς ἐκουσίου αὐτοῦ προαιρέσεως, τῇ ἁμαρτίᾳ οἴμοι ὠνήσατο · τοῦ μόνου Θεοῦ τοῦτο διὰ τὴν ἁμαρτίαν συγχωρήσαντος, καὶ ὡς ἐν δεσμοτηρίῳ ἐν τῷ τοῦ ᾅδου χωρίῳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων φυλάττεσθαι ἐάσαντος, μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ

HISTORIA.

V. Malorum initium serpens ac scelestissimus draco, zizaniorum seminator et omnis malitiæ princeps ac magister, mendacii antesignanus ejusdemque pater, superbiæ cœnosa palus, jactantiæ infirmissum culmen, is qui pueri instar a fidelium pedibus conculcatur, qui propria suasione a Deo abstraxit pretiosam ejus creaturam hominem; deditque operam, ut hunc beato paradisi incolatu, summo malitiæ artificio depelleret; hic, inquam, ærumnosissimus, voluptate vitium compensans, Adamum quasi venundatum mancipium, non 8 sine ejusdem voluntario consensu, peccati heu! tanquam pretio coemit, Deo unico id propter Adami culpam permittente; et tanquam carcere in inferorum regionibus animas hominum detineri sinente, usque ad adventum in carne Filii Dei, Domini Deique nostri Jesu Christi, unius de sancta et laudatissima Trinitate. Veterator idem mul-

VARIÆ LECTIONES.

[a] R. τες. [b] R. δὲ pro καί. [c] R. ἐπικρῦσι. [d] R. omisso καὶ, scribit ἐπαναφωνοῦσιν. [e] R. ἀνηγορεῦντες. [f] R. omisso καὶ ait ἐπαναθεματίζουσι. [g] R. ἄνως. [h] R. κατ' ἠγεμὼν. [i] R. ἀλαζονίας. [j] R. νίκην, et mox νηπίων. [k] R. βουλῇ.

NOTÆ.

(8) Plinius Hist. Nat. VIII, 51 : *Colorem mutat chamæleon subinde, redditque semper quemcunque proxime attingit.* De chamaleonte et polypo Theophrastus quoque in fragmento de animalibus colorem mutantibus.

tis variisque idolorum cultibus, flagitiis, turpitudinibus ac voluptatibus captivatum hominem, ceu nunquam revocandum, apud se retinere sperabat, cum tamen ipse potius sit admodum facile superabilis. Sed non diu potietur dolosus præda sua: ecce enim spe sua falsus est qui semper fallit. Namque unigenitus Filius Verbumque Dei, Patri conregnator, et cum vivifico sanctissimo consubstantiali sibi Spiritu sempiternus, pro sua ineffabili bonitate volens iterum instaurare quem formaverat ex humo hominem, suoque flatu digna Deo ratione condecoraverat; postea beneplacito Patris et sancti Spiritus cooperatione, semet demittens, et ex Virgine sancta carnem sumens rationali anima et intellectuali animatam, homo factus est; non id quod erat immutans, est enim inconvertibilis; sed id quod non erat assumens, quia benignus est, Virginem quam clausam ingressus erat, reliquit pariter virginitatis luce splendentem et gloriosam, ut prophetice loquar, ab intus: cujus virginis præludia lex et prophetæ omnes insolitis olim modis prænuntiaverunt, gloriamque ejus præoccupante oculo visam præmonstrarunt. Et alius quidem *clausam januam solique Deo reservatam* prædixit [7]: alius *fontem sigillo munitum* [8]: alius: *Erit*, inquit, *de radice Jessæ virgo, et flos de radice ejus ascendet Dominus Deus noster ex ipsa corporatus* [9]. Idem insuper: *Ecce Virgo*, inquit, *in utero habebit, et pariet filium* [10], videlicet ex se Dominum incarnatum, facticio opere in ipsa habitantem, carne vestitum Deum ex ipsa procedentem. Sed cur jam cuncta hæc testimonia enumerem, quæ studiosis potius reservanda sunt?

VI. Neque tamen quisquam existimet, de semper virgine ac Deipara Maria testimonia hactenus a nobis in medium frustra esse prolata: etenim veritatis hostes divinum ejus partum apparenter, non autem vere, peractum censent: et quidem post divinum partum alios quoque ipsam liberos ex Joseph suscepisse fabulantur: prophetarum denique circa ipsam testimonia non admittunt, veluti postea diligentius demonstrabitur. Dicunt profecto se sancti Evangelii apostolique dictamina sequi, cæteroqui dolose ac simulate stultissimi homines ovium vellus lupo circumponunt. Atqui tum evangelicus divinus liber, tum etiam apostolicus, continenter recitant testimonia prophetarum, eosque testes fide dignos demonstrant, qui omnia sine mendacio

Ἀπανυμνήτου Τριάδος πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις τὸν ἄνθρωπον ὁ δόλιος εἰδωλολατρείαις [l] καὶ μιάσμασιν εἰδωλικοῖς, αἰσχρουργίαις τε [m] καὶ ἡδοναῖς δεσμωσάμενος, ὡς οὐκέτ' ἀνακληθησόμενον ᾤετο ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ὁ εὐχείρωτος. Ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας· ἔψευσται γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἐλπίδων ὁ ἀείψευστος. Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς καὶ [n] Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ συνάναρχος τῷ Πατρὶ καὶ συναΐδιος τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ Πνεύματι, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ βουληθεὶς πάλιν ἀνακτήσασθαι ὃν διέπλασεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον καὶ τῷ οἰκείῳ ἐμφυσήματι [o] θεοπρεπῶς ἐδόξασεν, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καθεὶς ἑαυτὸν, ἐκ Παρθένου τὰ ἁγίας σάρκα ἀνειληφὼς ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἄνθρωπος [p] γίνεται, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλών, ἄτρεπτος γάρ· ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἦν προσλαβών, φιλάνθρωπος [q] γάρ· ἦν διελθὼν [r] κεκλεισμένην [s] πάλιν κατέλιπεν τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ κατηγλαϊσμένην καὶ δεδοξασμένην, προφητικῶς εἰπεῖν, ἔσωθεν (9)· ἧς ὁ νόμος [t] καὶ οἱ προφῆται πάντες τὰ σήμαντρα πάλαι ξενοπρεπῶς προκατήγγειλαν· καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς προβλεκτικῷ ὄμματι προυπέφηναν· cod. f. 84.] καὶ ὁ μὲν πύλην κεκλεισμένην, μόνῳ τῷ Θεῷ τηρουμένην προέφησεν· ὁ δὲ, πηγὴν ἐσφραγισμένην· ἕτερος δέ φησιν, Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ ἡ παρθένος· καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἐξ αὐτῆς σωματούμενος· ὁ δὲ αὐτὸς, Καὶ ἰδοὺ ἡ παρθένος, ἐφη, ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται Υἱὸν, δῆλον ὅτι ἐξ αὐτῆς τὸν Κύριον σαρκολογούμενον δημιουργικῶς (10) ἐν αὐτῇ ἐνοικοῦντα· καὶ σαρκοφόρον ἐξ αὐτῆς [u] Θεὸν προερχόμενον· καὶ τί δὴ [v] πάσας τὰς τοιαύτας μαρτυρίας ἀπαριθμεῖν, αἳ τοῖς φιλοπόνοις τετήρηνται;

ϛ'. Μή τις δὲ ἡμᾶς οἰέσθω τὰς περὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας μαρτυρίας, μάτην ἀρτίως εἰς μέσον παρηγαγεῖν· οἱ [x] γὰρ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τὸν θεῖον αὐτῆς τόκον ἐν δοκήσει καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζουσιν· καὶ μετὰ τὸν θεῖον τόκον καὶ [y] ἄλλους υἱοὺς αὐτὴν ἐσχηκέναι ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ φληναφοῦσιν· τὰς δὲ περὶ αὐτῆς τῶν προφητῶν μαρτυρίας οὐ προσδέχονται, καθὼς ὕστερον ἀκριβέστερον δηλωθήσεται· φάσκουσι δὲ τοῖς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις ἑξακολουθεῖν, δολερῶς καὶ ὑπούλως τῷ κωδίῳ τὸν λύκον περικαλύπτοντες οἱ ἀνοητότατοι· καί τοι τῆς εὐαγγελικῆς καὶ θείας πτυκτῆς [z], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀποστολικῆς, ἐπισυχνῶς [a] προσφερόντων [cod. f. 84 b] τὰς τῶν προφητῶν μαρτυρίας, καὶ δεικνύ-

[7] Ezech. XLIV, 2. [8] Cantic. IV, 12. [9] Isa. XI, 1. [10] Isa. VII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[l] R. sine diphthongo. [m] R. τατς. [n] R. δέ. [o] R. ἐμφισ. [p] R. αὖτος. [q] R. φλαντος. [r] R. διεχθών. [s] Exin novem vocabula prætermittit Raderus. [t] R. Cod. mendose μόνος pro νόμος. [u] R. ἀντῆς. [v] Ita cod. fortasse pro δεῖ. [x] R. καὶ pro οἱ. [y] R. Sine καί. [z] R. ωυκτῆς. [a] Cod. ὑπισυχνῶ.

NOTÆ.

(9) Psal. XLIV, 14: *Gloria filiæ regis ab intus.*

(10) Gal. IV, 4: *Factum ex muliere, factum sub lege.* Ita hic intelligo δημιουργικῶς.

των αὐτοὺς ὡς ἀξιοπίστους μάρτυρας, πάντα ἀψευδῶς προκαταγγείλαντας, καὶ μαρτυροῦντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς ὀξυωπίαν καὶ ἀγχίνοιαν τοὺς ἀκροατὰς διεγείροντας τοῦ μὴ σφάλλεσθαι τῆς ἀληθείας ἐπερχομένης ὥσπερ στοιχείοις τισὶ ταῖς αὐτῶν ἀποῤῥήσεσιν ἐντετυπωμένους, καὶ θεωρίας ἐπίβασιν τὴν πρᾶξιν ποιουμένους· ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς ἀείπαιδος κυρίως καὶ ἀληθῶς δεδοξασμένης Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας λόγος, μικρὸν ἀναμεινάτω· κἂν οἱ δεινοὶ Παυλικιάνοι διαῤῥήγνυντο. Ἐπανακτέον δ' ἡμᾶς ὅθεν μικρὸν ἀνεκφοιτήτως ἀπέστημεν.

Ζ'. Τοῦ μεγάλου τοίνυν Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντος καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντος, πᾶσα μὲν ἐκ ποδῶν εἰδωλατρεία οἴχεται· Θεογνωσία δὲ ἀληθὴς πᾶσαν τὴν γῆν ὥσπερ ὕδωρ πολὺ κατεκάλυψεν· ἐντεῦθεν ἡ τῶν οὐρανίων ἐπὶ γῆς ἀρετὴ πολιτεύεται, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ταῖς ἀρεταῖς θεοκλυθούμενοι συναμιλλῶνται οἱ ἄνθρωποι· τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐπὶ γῆς παγέντος, καὶ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φιλανθρώπως τῇ θεότητι συγκαταβάντος, οὐ τὸ σῶμα καταβάσαντος, ἀλλ' ἐκ γῆς τοῦτο προσλαβομένου ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ὑψωθέντος, καὶ ταῖς τοῦ θείου αὐτοῦ αἵματος ῥανίσι τὴν γῆν καταρδεύσαντος [cod. f. 85] ὁσμὴν εὐωδίας (11) ταύτην διαπνέειν πεποίηκεν· ἧτις τῷ ἁγιασμῷ τοῦ τιμίου αἵματος καὶ ὕδατος αὐτοῦ πιανθεῖσα, λογικὰ ἡδύπνοα καὶ ποικίλα ἄνθη βλαστάνουσα πανταχοῦ καὶ νῦν οὐ διαλιμπάνει. Προσνενεῖται τοίνυν ξύλον, δι' οὗ σωτηρία τῷ γένει μὲν τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται δι' οὗ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς εἰς γῆν καταβαγεὶς καιρίαν ἐν καρδίᾳ τὴν πληγὴν εἰσεδέξατο. Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ συμβόλῳ τοῦ Χριστοῦ παθημάτων φοβερὰ τεράστια τοιαῦτα γέγονεν, οἷα ἐν τῷ τιμίῳ καὶ ζωοποιῷ τοῦ Κυρίου σταυρῷ· νεκροὶ ἀνιστάμενοι καὶ πρὸ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ καθόδου τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καταπέτασμα ῥηγνύμενον, γῆ σειομένη, ἥλιος σκοτιζόμενος καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος, τῷ μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων δεικνὺς σκοτόμαιναν, τῷ δὲ τῆς ἀναστάσεως προδεικνὺς τὴν φαιδρότητα. Τέλος ἡ πάντων ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένων ψυχῶν ἀπολύτρωσις τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς γενομένη· καὶ ἡ τοῦ ᾅδου κατάλυσις [b], τοῦ μηκέτι κατέχειν τὰς τῶν ἐν Κυρίῳ κεκοιμημένων ψυχάς. Ταῦτα πάντα ἡ τοῦ θείου σταυροῦ ἀήττητος δύναμις τὰ φοβερὰ εἰργάσατο τεράστια, τῇ δυνάμει τοῦ ἐν αὐτῷ προσπαγέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αἰσχυνθήτωσαν οὖν καὶ ἐντραπήτωσαν καὶ ἀπολέσθωσαν οἱ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαρνούμενοι καὶ μὴ προσκυνοῦντες αὐτὸν ἀδιστάκτῳ πίστει [c] ὡς [cod.

narraverint, veritatemque testantes, ad perspicaciam mentisque acumen auditores suos excitaverint, quominus a veritate jam adveniente aberrarent, quam quibusdam veluti elementis, prædictionibus nimirum suis, impresserunt; et ostensæ rei fundamentum ipso eventu comprobarunt. Sed enim de perpetua puella, proprie vereque gloriosa Deipara semperque virgine Maria, oratio aliquantum differatur; etiamsi diris Paulicianis ilia rumpantur. Illuc enim nobis, unde paulo ante discessimus, redeundum est.

VII. Postquam magnus itaque Deus ac Servator noster Jesus Christus in terra apparuit, et nobiscum hominibus versatus est, omnis quidem idolorum cultus e medio cessit; *Dei* autem *vera notitia universam terram tanquam aquæ inundatio occupavit*[11]. 10 Exin cœlestium honesta vita cœpit in terra frequentari, Deoque familiares facti homines angelos virtutibus æmulari. Cruce enim in terram defixa, vitæque pane de cœlo benigne simul cum deitate demisso, haud sane corpore illinc delato, sed de terra sumpto, æque ac nos passibili, et in lignum sublato, divinique sanguinis guttis tellurem irrigantibus, contigit ut hæc suavitatis odorem exspiraret, quæ nimirum sanctificatione ipsius pretiosi sanguinis et aquæ pinguescens, rationalia odoramenta variosque flores nunc etiam ubique germinare non desinit. Adoratur itaque lignum, per quod salus humano generi donata fuit; per quod malorum auctor hostis humi afflictus lethale visceribus vulnus accepit. Etenim nullo in alio Christi cruciatuum symbolo hæc tremenda prodigia patrata fuerunt, cujusmodi in veneranda et vivifica Domini cruce: mortui nimirum suscitati ante etiam quam ad inferos Dominus ac Deus noster descenderet, velum discissum, terra commota, sed obscuratus et rursus illuminatus; ut priore statu significaret Judæorum tenebras, altero autem resurrectionis lætitiam portenderet. Postremo omnium apud inferos detentarum animarum Christo Domino ac Deo nostro illic apparente redemptio, et ipsius orci destitutio, quominus diutius illorum, qui in Domino dormierant, animas retineret. Hæc omnia divinæ crucis invicta vis tremenda effecit prodigia, virtute scilicet confixi in ea Christi Dei nostri. Pudefiant igitur et in fugam vertantur ac pereant, qui crucis gloriam negant, neque eam indubia fide ceu divinitus datum invictumque tropæum adorant. Ergo invidus atque pessimus et boni osor diabolus, capite eliso et corde a crucis hasta transfixo, jam

[11] Isa. xi, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[b] R. κατάλλυσις. [c] R. δίστει.

NOTÆ.

(11) In textu Græco Raderi additur πνευματικῆς, quod vocabulum in interpretatione latina ejusdem omittitur. Ergo exemplar typothetæ Ingolstadiensi traditum videtur interdum fuisse diversum ab illo quod Raderus Latinum faciebat. In codice certe vaticano deest voc. πνευματικῆς.

non 11 poterat tam aperte, ut solebat, jucunda animo suo scelera perpetrare : occulte tamen infelicium nonnullorum animas furiis agitans, mentesque illudens decepit, *per falsorum magistrorum hypocrisim, cauteriatam conscientiam habentium* [12], dignum illos fomitem inexstinguibilis ignis secum faciens.

ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων • τὴν οἰκείαν συνείδησιν, ἄξια τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν ἑαυτῷ ὑπεκκαύματα.

VIII. Sed bonus optimusque, imo supremum bonum, Deus a consueto suo more non desiit bene faciendi homini pretiosæ creaturæ suæ: sed posuit in Ecclesia primum apostolos, qui fuerant spectatores ejus atque ministri, ut ipsius corporalem infinitæ potentiæ condescensionem publice denuntiarent, et divina oracula verissime enarrarent, neque corporalem Christi passionem erubescentes, neque prodigiis frudem ullam tribuentes, sed ubique veritatis curam gerentes, et Dei Verbi incarnationem veraciter prædicantes. Secundo loco prophetas, qui occultas insanabilesque passiones divino atque potenti sancti Spiritus gladio radicitus amputarent, et bonos atque vigentes virtutum surculos inserirent. Tertio loco doctores utrisque prædictis auxiliares, quæque ab illis et acta et dicta fuerant perfectius explicantes. Horum divinis dogmatibus cunctâ Christianorum Ecclesia ut olim sic nunc firmatur, adversus quam portas inferi, exitiosas scilicet hæreses, nunquam prævaluisse aut prævalituras, probe scimus, juxta effatum divinum [13]. Despumaverunt autem fluctus hæreticæ loquacitatis, et omnino depulsi sunt. Quippe per tempora singulis orthodoxiæ propugnatoribus singuli congressi sunt hæresiarchæ; sed veritatis lumini hæreticorum tenebræ cesserunt, atque ita Dei Ecclesiæ inconcussæ manserunt. At miserrimi hæretici, etiamsi aliquanto tempore abominabilium suarum opinionum malitiam parturiverunt, attamen haud multo post nequitiæ ipsorum falsitas dissipata fuit; [12] eaque re omnibus patefacta et exterminata, Ecclesiæ Dei splenduerunt, eædemque et nunc et in perpetuum splendebunt.

IX. Tenebrosa interim, cœnosa, turbulenta, immundissima Manichæorum hæresis a cunctis gentibus exagitata, propter desperatam ejus medelam, et cujuslibet improbitatis cinnum, alto silentio observabatur a suis et colebatur. Hoc enim illis præcipue cordi est, ut mysteria sua hæresimque nequaquam omnibus consectaneis, nedum externis, communicent; sed paucis, quos in suorum numero sciunt impietate magis perfectos. Quibusdam vero rerum adjunctis, haud multos ante annos, apostaticis viribus satis confirmata et instructa, et

[a] f. 85 b] θεοδώρητον καὶ ἀκατανικήτον τρόπαιον. ὁ γοῦν βάσκανος καὶ παμπόνηρος καὶ μισόκαλος διάβολος τὴν καρδίαν συνθλασθεὶς καὶ τὴν καρδίαν τῷ σταυρικῷ δόρατι διαπαρείς, οὐχ οἷός τε ἦν φανερῶς οὕτως τὰ ἐαυτῷ καταθύμια ὡς εἰώθει ἐργάζεσθαι βδελύγματα • λάθρα δέ τινων ἀθλίων τὰς ψυχὰς ἐκβακχεύσας καὶ τὸν νοῦν φρενίτισας ἠπάτησεν [d] ἐν

Η'. Ἀλλ' οὐκ ἐνέλιπεν ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος καὶ ὑπεράγαθος Κύριος συνήθως εὐεργετεῖν τὸ ἐαυτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον [f] • ἀλλ' ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, ὡς αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τὴν αὐτοῦ ἀπειροδύναμον σωματικὴν συγκατάβασιν ἀριδήλως διαγγέλλοντας, καὶ τὰς θεοσημείας παναληθῶς ἐκφράζοντας • μήτε τοῖς σωματικοῖς τοῦ Χριστοῦ [e] ἐκπισχνουμένους παθήμασιν, μήτε τοῖς θαύμασι ψεῦδος ἐπιφημίζοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς ἀληθείας φροντίζοντας, καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀψευδῶς κηρύττοντας. Δεύτερον προφήτας τὰ κεκρυμμένα καὶ ἀνίατα πάθη τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θείᾳ [f] τῆς ἐξουσίας μαχαίρᾳ πρόῤῥιζῶν ἀναστέλλοντας • καὶ τὰ χρηστὰ καὶ [h] εὐθηλότα τῶν ἀρετῶν φυτουργοῦντας βλαστήματα. Τρίτον διδασκάλους, ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν [cod. f. 86] συνηγοροῦντας, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς πραχθέντα καὶ λεχθέντα, τελεώτερον σαφηνίζοντας • τούτων τοῖς θείοις δόγμασι πᾶσα τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία, πάλαι καὶ νῦν κρατύνεται, ἧς πύλαι ᾅδου αἱ φθοροποιαὶ αἱρέσεις κατίσχυσαν οὐδέποτε, οὐδὲ κατισχύσουσιν εὖ ἴσμεν, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν • εἰς ἄφρον δὲ τὰ κύματα τῆς τῶν αἱρετικῶν γλωσσαλγίας πάντοτε διαλίθλυνται • κατὰ καιρὸν ἑκάστοις τῆς ὀρθοδοξίας προμάχοις, ἕκαστοι συμπλακέντες αἱρεσιάρχαι, καὶ τῆς ἀληθείας τῷ φωτὶ τοῦ ζόφου τῶν αἱρέσεων ὑποχωρήσαντος, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι διέμειναν ἀσάλευτοι • ἀλλ' οἱ μὲν πανάθλιοι αἱρετικοὶ εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον τῶν μυσαρῶν αὐτῶν διανοιῶν τὰς κακίας ᾤδινον, ὅμως μετ' οὐ πολὺ τῆς αὐτῶν κακουργίας τὸ ψεῦδος διεῤῥήσσετο. Καὶ τούτου τοῖς πᾶσι διαγνωσθέντος καὶ ἐκ ποδῶν γινομένου, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι κατηυγάζοντο • ἀλλὰ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, καταυγασθήσονται.

Θ'. Ἡ δὲ ἐσκοτισμένη καὶ βορβορώδης καὶ στασιώδης καὶ παμμίαρος καὶ αἰσχρουργὸς τῶν Μανιχαίων αἵρεσις ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διωκομένη διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάμεστον καὶ σιγῇ βαθείᾳ παρ' αὐτῶν τιμωμένη καὶ σεβομένη. Τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ περισπούδαστον, τὸ μὴ τὰς τελετὰς αὐτῶν καὶ τὰς αἱρέσεις εἰς πάντας καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς οἰκείους, οὔπω [cod. f. 86 b] λέγω τοὺς ξένους, αὐτῶν δημοσιεύεσθαι • ἀλλ' εἰς ὀλίγους οὓς ἂν ἴδοιεν παρ' αὐτοῖς τελεστέρους τὴν ἀσέβειαν • καιροῖς δέ τισι πρὸ χρόνων οὐ

[12] I Tim. iv, 2. [13] Matth. xvi, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[d] R. ἠπέτησιν. [e] R. κεκαυτηριασμένων. [f] R. αὐτόν. [g] Deest θείᾳ apud R. [h] R. καὶ τά.

πολλῶν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσι τελείως ἐνεργηθεῖσα [i] καὶ μαθητευθεῖσα καὶ τοῦ ἀρχεκάκου Σατανᾶ τῇ πεπλανημένῃ ὁδηγίᾳ προβιβασθεῖσα, τὴν αὐτοῦ πρόδρομον ἀποστασίαν ὠδίνασα ἐκύησεν, ἑτέρους δαίμονας σαρκίνους σὺν τῷ καθηγεμόνι αὐτῶν διαβόλῳ ἀναδείξασα· οὓς μηδεὶς ἀπιστήσοι δαίμονας ὑπάρχειν. Τὰ γὰρ μὴ τολμώμενα παρὰ τῶν δαιμόνων λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, αὐτοὶ ἀναιδῶς καὶ ἀπηρύθριασμένως κατά τε τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ πάντων ἀνθρώπων πράττουσί τε καὶ λέγουσιν· ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι αὐτοὺς ἀνεπιμίκτους τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχοντας δι' ἄκραν αἰσχρουργίαν, καὶ τὴν ἔρημον οἰκοῦντας ὥσπερ τοὺς δαίμονας· καὶ ξένα τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἐπιφημίζοντας προβλήματα, ὡς δῆθεν τοῖς τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις ἐπερειδόμενοι οἱ [j] συκοφάνται καὶ παμμίαροι· ἀλλὰ τίνα ταῦτα καὶ πόθεν καὶ πότε, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος διηγήσομαι, κεφαλαιώσας ὀλίγα τινὰ εἰς ἀριθμοὺς ἐν ψιλῇ τέως ἀπαριθμήσει, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον. Εἶθ' ὕστερον μετὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμπλοκῆς ἀπαρξόμεθα, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀντιμαχησάμενοι, ὅση δύναμις, εὐθύς τε τὰς Γραφικὰς ἀποδείξεις τε καὶ [k] [cod. f. 87] μαρτυρίας ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου ἐν παραλλήλων τάξει ὑποθήσομεν.

malorum principis Satanæ erroneo ducatu provecta, primam suam apostasiam peperit, alios carnales dæmones cum duce ipsorum diabolo efferens, quos certe nemo esse dæmones dubitabit. Nam quæ ne dæmones quidem dicere vel agere ausint, ipsi impudenter sine ullo rubore, tum adversus Deum omnipotentem, tum contra homines agunt et dicunt, uti reapse videre et hos hominum societate extorres, propter summam morum fœditatem deserta loca incolere, ut dæmones faciunt, et peregrina quædam atque absurda pronuntiare problemata, quasi ea sacri Evangelii apostolique dictis confirmare queant hi sycophantæ ac detestabiles. Jam vero quæ sint hæc, et unde et quando exstiterint, hoc sermonis nostri loco exponemus, pauca quædam compendiose complectentes distincta numeris, brevi interim descriptione, ut facilius memoriæ mandentur. Deinde post conscriptam de his hæreticis historiam, eorumdem quoque refutationem auspicabimur, Deo auxiliante prœlium cum ipsis viriliter conserentes; continuoque ex sacra Scriptura demonstrationes ac testimonia ad singula capita ordinatim opposita subjungemus.

Ι'. Πρῶτον μὲν γάρ ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς γνώρισμα, τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν, πονηρὸν Θεὸν καὶ ἀγαθόν· καὶ ἄλλον εἶναι τοῦδε τοῦ κόσμου ποιητήν τε καὶ ἐξουσιαστήν, ἕτερον δὲ τοῦ μέλλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν εἰς αὐτοὺς πολλάκις ἐπισημειώσασθαι ἀστειότητος χάριν, ἐν [l] ἐλευθερίᾳ ὄντων αὐτῶν λεγόμενόν πρός τινα, ὁποῖός ἐστιν ὁ προσδιαλεγόμενος· Εἰπέ [m] μοι, φησίν, τί ἐστι τὸ χωρίζον ἡμᾶς ἐκ τῶν Ῥωμαίων; ἑαυτοὺς οἱ ἄσπονδοι καὶ ἄχρηστοι καὶ ἄπιστοι [n] καὶ ἀχάριστοι καὶ ἀφιλάγαθοι, Χριστιανοὺς ἀποκαλοῦντες· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀληθῶς ἐπωνύμους Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Ῥωμαίους ὀνομάζοντες, τῷ ἐθνικῷ ὀνόματι τὸ κύριον ἀμεῖψαι πειρώμενοι· ᾧτινι μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀψευδεῖς [o] Χριστιανοὶ σεμνυνόμεθα, ἢ χιλιάδων καὶ μυριάδων [p] χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπαρχόντων εἰ ἦν ἕκαστος ἡμῶν κύριος. Λέγουσι δὲ τοῦτο εἶναι τὸ χωρίζον αὐτούς, ὅτι ἐκεῖνον μὲν ἄλλον Θεὸν λέγουσιν εἶναι τὸν τοῦ κόσμου ποιητήν· καὶ ἕτερον Θεόν, ὃν καὶ Πατέρα ἐπουράνιον λέγουσι, μὴ ἔχοντα δὲ ἐξουσίαν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἡμεῖς δὲ τὸν αὐτὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦμεν καὶ παντουργὸν καὶ παβασιλέα καὶ παντοκράτορα· καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς, ὅτι Ὑμεῖς, φησί, πιστεύετε εἰς τὸν κοσμοποιητήν. [cod. f. 87 b] ἡμεῖς δὲ εἰς ἐκεῖνον περὶ οὗ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος λέγει, ὅτι Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε. ματαίως καὶ ἀνοήτως [q] κενοφωνούμενοι, καθὼς ὕστερον δηλωθήσεται.

X. 13 Primum est apud illos axioma principia duo confiteri, malum scilicet Deum et bonum; et alterum quidem esse mundi hujus factorem ac Dominum, alterum futuri. Atque hoc sæpe apud illos observare licet, cum liberi sunt, et cum aliquo quolibet colloquuntur, lepide dicere solitos: Dic mihi, inquam, quid nos a Romanis discernit? Se ipsos enim hi fœdifragi, pravi, increduli, ingrati virtutis osores, appellant Christianos; nos autem qui vere sumus Christi veri Dei nostri cognomines, Romanos nuncupant; gentili nomine proprium nostrum commutare conantes: quo tamen nos, qui veri Christiani sumus, magis gloriamur, quam si millia aut etiam myriades auri argentive aut lapidum pretiosorum, quotquot in urbe sunt, possideremus. Dicunt autem id nos ab ipsis discernere, quia ipsi alium affirmant esse Deum mundi Conditorem, alium vero quem cœlestem vocant Deum, qui nullam hujus mundi, sed sæculi tantum futuri potestatem habet: nos vero unum eumdemque Deum confitemur, rerum omnium factorem, universalem regem et omnipotentem. Aiuntque nobis: Vos in mundi Conditorem creditis, nos vero in illum de quo in Evangeliis Dominus dicit, quod *Neque vocem ejus audistis, neque speciem vidistis* [14]. Qua in re stulte stolideque blaterant, ut postea demonstrabitur.

[14] Joan. v. 37.

VARIÆ LECTIONES.

[i] Abhinc desunt apud R. vocabula decem, usque ad τὴν αὐτου. [j] R. ἐπορειδόμενοι οὖ. [k] Hic apud R. inseritur προφητειῶν, quod deest in codice. [l] Deest ἐν apud R. [m] R. ἐλπέ. [n] Deest ἄπιστοι apud R. [o] R. ἡμας καὶ ἀψευδεῖς. [p] R. χυριάδων. [q] R. νοήτως.

Secundum est, quod celebratissimam et perpetuo virginem Deiparam, ab ipso etiam bonorum hominum numero rabide excludunt; neque genitum ex ea Dominum, sed hunc de cœlo corpus suum detulisse, illam autem post Domini partum, alios quoque dicunt liberos ex Josepho suscepisse.

Tertium est quod divinam verendamque sanctorum mysteriorum corporis ac sanguinis Domini Dei nostri participationem aversantur; [14] neque hoc contenti, aliis quoque hanc sententiam suadendam putant dicentes, haud panem ac vinum a Domino discipulis suis in cœna propositum, sed symbolice verba sua tantummodo, panis vinique loco, dedisse.

Quartum est, quod figuram atque efficaciam et virtutem pretiosæ vivificæque crucis non admittunt, sed conviciis plurimis eam pulsant; quam tamen ipsi per aerem diffusi dæmones, si modo descriptam viderint, pavidi fugiunt, cum malorum principe dæmone.

Quintum est, quod nullum recipiunt Veteris Testamenti librum, deceptores ac fures prophetas appellantes, sicut postea proprio in loco accuratius ostendetur; nec nisi sancta quatuor Evangelia, et apostoli Pauli quatuordecim Epistolas, Jacobi catholicam, Joannis tres, sancti Judæ catholicam, et apostolorum Actus uti sunt apud nos sine ullius verbi mutatione. Habent insuper magistri sui Sergii Deo invisas epistolas, omnimoda superbia et impietate plenas. Nam duas catholicas magni ac solidi Ecclesiæ fundamenti, regnique cœlorum clavigeri Petri protapostoli, non recipiunt, quia infenso adversus eum animo sunt, et maledictis conviciisque plurimis prosequuntur, nescio cujus mali sibi conscii: fortasse tamen, ut ego arbitror, atque ut sæpe ipsis coram dixi, quia eventura peculiariter ipsis improbitatis eorum causa vaticinatus est, quæ beatus apostolus [15] in secunda epistola scribit his verbis: *Propterea, dilecti mei, hæc omnia exspectantes, nempe quæ in secundo adventu Domini fient, satagite immaculati in pace; et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, veluti et dilectus frater noster Paulus secundum datam sibi sa-*

Δεύτερον, τὸ τὴν πανόμνητον καὶ ἀειπάρθενον Θεοτόκον μηδὲ κἂν ἐν ψιλῇ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τάττειν ἀπεχθῶς ἀπαριθμήσει· μηδὲ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ Κυρίου τόκον, καὶ ἄλλους, φησὶν, υἱοὺς ἐγέννησεν ἐν τοῦ Ἰωσήφ.

Τρίτον, τὸ τὴν θείαν καὶ φρικτὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετάληψιν (12) ἀποτρέπεσθαι [r]. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους περὶ τούτου πείθειν οἴεσθαι· λέγοντες ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος καὶ οἶνος, ὃν ὁ Κύριος ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ δείπνου, ἀλλὰ συμβολικῶς τὰ ῥήματα αὐτοῦ αὐτοῖς ἐδίδου, ὡς ἄρτον καὶ οἶνον.

Τέταρτον, τὸ τὸν τύπον καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ δύναμιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ μὴ ἀποδέχεσθαι, ἀλλὰ μυρίαις ὕβρεσι περιβάλλειν, ἣν καὶ οἱ δαίμονες ἐν ἀέρι καὶ μόνον χαραττομένην βλέποντες τρόμῳ δραπετεύουσι, σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ διαβόλῳ.

Πέμπτον, τὸ μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτοὺς τὴν οἱανοῦν Βίβλιον, Παλαιὰν, πλάνους καὶ λῃστὰς τοὺς προφήτας ἀποκαλοῦντες, καθὼς ὕστερον ἐν ἰδίῳ χωρίῳ δηλωθήσεται τελεώτερον· ἢ μόνον [cod. f. 88] τὴν θείαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου τετρακτύν· καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου δεκατέσσαρας Ἐπιστολάς· καὶ τὴν Ἰακώβου καθολικὴν (13)· καὶ τὰς Ἰωάννου τρεῖς· καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰούδα καθολικήν· καὶ τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων ὡς εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀπαραλλάκτως ἐν λέξεσιν. Ἔχουσι δὲ καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου ἐπιστολὰς θεοστυγεῖς, πάσης ὑπερηφανίας καὶ ἀσεβείας ἀναμέστους. Τὰς γὰρ δύο καθολικὰς τοῦ μεγάλου καὶ ἀκραιφνοῦς θεμελίου τῆς Ἐκκλησίας τοῦ κλειδούχου τῆς τῶν οὐρανῶν Βασιλείας Πέτρου τοῦ πρωταποστόλου οὐ δέχονται, ἀπεχθῶς τρὸς αὐτὸν διακείμενοι, καὶ ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς μυρίοις περιβάλλοντες· οὐκ οἶδ' ὅ τι συνιδόντες· τάχα δὲ, ὡς ἐγὼ ὑπολαμβάνω, ὅπερ αὐτοῖς καὶ πολλάκις κατὰ πρόσωπον εἶπον, διὰ τὸ προφητεῦσαι αὐτὸν τὸ μέλλον εἰς αὐτοὺς ἔσεσθαι ἐκ τῆς ἀνοσιουργοῦ αὐτῶν κακίας ἰδίωμα, ἐν οἷς φησιν ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ· Δι' ὃ, ἀγαπητοί μου, ταῦτα πάντα προσδοκῶντες,

VARIÆ LECTIONES.

[r] R. ἀποτρέψαι. [s] R. αὐτῶν.

NOTÆ

(12) Μετάληψιν vocabulum perperam Raderus hic interpretatus, loci sententiam subvertit, scribens: *Quod corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi conversionem negent.* Atqui præter vocabuli μετάληψις notum sensum, ipse auctor in tertio refutationum sermone ait Manichæos censuisse μὴ δεῖν τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετέχειν· *non oportere sacrum pretiosi corporis Domini Deique nostri nutrimentum participare.*

(13) In hunc locum in margine adnotatur antiqua manu: Οὐκ οἶδα εἰ τότε ἐχρῶντο τῇ Ἰακώβου ἢ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ, καὶ ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων· οἱ γὰρ νῦν μόνοις τοῖς δύο χρῶνται Εὐαγγελίοις, καὶ μᾶλλον τῷ κατὰ Λουκᾶν· καὶ ιε' (mendose Raderus ἐπὶ pro ιε', et mox idem male ἐπιστολῇ) τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαῖς· ἔχουσι γὰρ καὶ πρὸς Λαοδικεῖς ἑτέραν ἐπιστολήν· *haud scio an illius temporis Manichæi usi sint Jacobi Epistola an alia, et apostolorum Actibus. Namque hodierni duobus tantummodo utuntur Evangeliis, et quidem Lucæ potissimum, necnon XV sancti Pauli Epistolis; habent enim etiam aliam epistolam ad Laodicenses.* Epistolam ad Laodicenses citari nos vidimus in S. Augustini quod edidimus Speculo; item in Cavensis monasterii prisco bibliorum codice, necnon in aliquot Vaticanis; præter alia testimonia vetera a Fabricio laudata.

τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ δῆλον, ὅτι σπουδάσαι ἄσπιλοι καὶ ἄμωμοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ· καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡκῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων· [cod. f. 88. b.] ἐν αἷς ἐστι δυσνόητά τινα ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλώσουσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Οὗτός ἐστιν ὁ παρ' αὐτοῖς μὲν ψόγος τῷ Ἀποστόλῳ προσφερόμενος· παρὰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἐγκώμιον αὐτῷ ὑπάρχον πεπαῤῥησιασμένης προφητείας, πασης ῥητορικῆς πλοκῆς ὑπεξῃρημένον [t].

pientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus Epistolis suis loquens in eis de his : in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles distorquebunt, sicut et reliquas scripturas, ad propriam ipsorum perditionem [15]. Hæc illi vituperio vertunt Apostolo, quæ tamen laudi sunt ; utpote a libero vaticinio profecta, et omni rhetorico artificio remota.

Ἕκτον, τὸ τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας ἀποτρέπεσθαι· φησὶ δὲ ὅτι οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ Κυρίου συνήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, ψιλῷ τῷ ὀνόματι καὶ μόνῳ ἀπεχθανόμενοι· περὶ ὧν ὕστερον ἐν τῇ κατὰ βάθους ἐξετάσει ἐν ἰδίῳ ἑκάστῳ κεφαλαίῳ σαφέστερον λεχθήσεται· ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τῶν ὑπομνηματικῶν ἱστοριῶν ἀπάρξασθαι καιρός ἐστιν· ἀπάρξομαι δ' οὕτως, τά τε παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν τοῖς κατηχήσεσιν ῥηθέντα (14) προθεὶς καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀρτίως διαγνωσθέντα ὑποθείς, ὡς ἂν ἄρα οἰκειοτέρα ἡ σκέψις γενήσεται.

Sextum est, quod seniores (presbyteros) ab Ecclesia arcent. Etenim dicunt quia seniores adversus Dominum conspirarunt, idcirco id nomen non esse usurpandum : quare vel solo hujus nominis sono exasperantur. Ac de his singulis posthinc in plena disputatione, proprio cujusque rei capitulo, lucidius dicetur. Nunc superest ut historicum commentarium exordiamur. Incipiemus autem a præponendis iis, quæ beatus Cyrillus in catechesibus dicit; quibus postea, quæ nuperius nos cognovimus, adjiciemus, ut rei disquisitio intimior fiat.

ΙΑ'. Ὁ δυσώνυμος Μάνης οὐκ ἔστιν ἀπὸ Χριστιανῶν, μὴ γένοιτο! οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας, οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης κακίας διδάσκαλοι· κλέπτης γάρ ἐστιν, ἀλλοτρίων αἱρέσεων ἰδιοποιούμενος τὰ κακά· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον· Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τῷ γένει, οὐδὲν κοινὸν οὐδὲ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν οὐδὲ πρὸς Χριστιανισμὸν κεκτημένος· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας καὶ τὸν Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξεν, μίαν καλουμένην Τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, νεκροποιεῖς [u] οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς [v] μόνην τὴν προσηγορίαν· καὶ ἄλλην καλουμένην Κεφάλαιον· καὶ τὴν τρίτην Τῶν μυστηρίων, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· τετάρτην ἣν περιφέρουσι Θησαύρὸν ζωῆς καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου· μαθητὴς δὲ ἦν τούτῳ Τερέβινθος ὀνόματι· ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν καὶ λυμαινόμενον τὴν χώραν νόσῳ θανατώσας ὁ Κύριος, ἔπαυσε τὴν λοιμώδη κατάστασιν· ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τερέβινθος, κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσίου καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ γνωριζόμενος, καὶ παρὰ πάντων καταγινωσκόμενος, ἐκεῖθεν εἰς τὴν Περσίδα μετῆλθεν· εἶτα ἵνα μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτόν· ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ

XI. Infausti nominis Manes Christianus non fuit, absit! neque ut Simon Ecclesia ejectus, neque ipse scilicet neque priores illo hujus nequitiæ magistri. Furis enim instar, ex alienis hæresibus suam conflavit iniquitatem. Quomodo autem et qua ratione, audiendum est. Scythianus quidam in Ægypto fuit, genere Saracenus, nihil commune sive cum Judæis sive cum Christianis habens. Hic habitans Alexandriæ, [16] Aristotelicæ æmulator vitæ, quatuor composuit libros: unum dictum *Sanctum Evangelium*, mortiferos, non autem Christi, actus continentem, sed nomine tenus ita appellatum ; alterum dictum *Capitulum* ; tertium dictum *Mysteriorum*, qui favet legis ac prophetarum, quam Manichæi volunt, destructioni. Quartum circumferunt, *Vitæ thesaurum* vocantes, qui est potius mortis thesaurus. Huic erat discipulus Terebinthus nomine. Sed enim Scythianum quidem cum in Judæam ad inficiendam lue regionem abiisset, morbo Dominus exstinguens, finem pestilenti instituto imposuit. Nequitiæ autem discipulus Terebinthus, auri, librorum, atque hæreseos hæres, cum in Palæstinam pariter venisset, et in Judæa palam innotuisset, inde in Persidem migravit. Deinde ne ex nomine illic quoque agnosceretur, Buddam semet appellavit. Verumtamen ibi nactus est adversarios Mithriacos; multisque commotis sermonibus et altercationibus, convictus fuit : postremoque

[15] II Petr. III, 14-16.

VARIÆ LECTIONES.

[t] Deest ὑπεξῃρημένον apud R. [u] Deest νεκροποιεῖς apud R. [v] R. ὡς.

NOTÆ.

(14) Scilicet Cyrillus Hierosol. in Catechesi sexta a cap. 21 et deinceps, in editione Tuttæi qui Petro nostro ob corrigendum quandoque Cyrilli textum usus est.

pulsus, ad viduam quamdam mulierem confugit. Mox domus tecto conscenso, ibique acrios dœmones advocans, quos Manichæi usque ad hodiernam diem in sua nefaria confarreatione invocant, fanatismo percitus, de tecto semet ejaculans, exanimatus est; atque ita secunda fera excisa fuit.

XII. Cæteroqui manserunt hæreticorum commentariorum libri, et horum hæres simulque pecuniæ femina vidua: quæ cum cognatione et alio quolibet familiari careret, pecunia illa puerum nomine Cubricum emere decrevit, eumque adoptans, Persarum doctrinis exquisite erudiendum curavit, atque adversus humanum genus ceu malum telum exacuit. Malus itaque verna Cubricus inter philosophos adolevit; mortuaque vidua, opum adiit hæreditatem atque librorum. Postea ne servile nomen Cubricus sibi probro esset, Manetem semet 17 nominavit, quod in Persica dialecto *sermonem* significat: nimirum quia sermocinandi arte valere videbatur, Manetem se nuncupavit, quasi optimum sermocinatorem. Et ille quidem gloriam sibi in Persarum lingua conciliabat, sed Dei providentia ipsum, licet invitum, suimet accusatorem fieri parabat; ut qui in Perside semet hoc nomine honorare putabat, apud Græcos maniacum se esse nuntiaret. Ausus etiam est dicere se Paracletum. Blasphemavit igitur, Spiritum sanctum se dicens, prout scriptum est: *Qui adversus Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur ei* [16]. Sic etiam ex præcessoribus ejus, Scythianus quidem ausus est Patrem se nominare; alius autem Buddam Dei Patris Filium, et quidem de virgine natum, et in montibus educatum; unde etiam, discipulos duodecim factus Antichristus, prædicatores erroris emisit. Qui ergo illis communicat, videat quibuscum se collocet. Perturbavit mundum servus; et in medium procedens, res supra hominis conditionem promisit.

XIII. Ægrotabat regis Persarum filius, neque medicorum copia deerat; sed Manes sanaturum se spopondit: recesserunt medici, simulque puer vita excessit. Convicta est hominis improbitas, et in vincula conjectus: eratque in carcerem trusus philosophus, non quia regi veritatem persuasisset, non quia idola prostravisset; sed quia sanitate promissa,

A τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς [x] τοῦ Μίθρα· καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων καὶ ἰδιαπληκτισμῶν, ἠλέγχετο· κἀπέρας ἐλαυνόμενος προσφεύγει τινὶ γυναικὶ χήρᾳ· εἶτ' ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας, οὓς Μανιχαῖοι μέχρι τῆς σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν ἰσχάδος ἐπικαλοῦνται, θεόπληκτος γενόμενος, καὶ καταβληθεὶς ἐκ τοῦ δώματος, ἐξέψυξεν· καὶ οὕτως ἐξεκόπη τὸ δεύτερον θηρίον.

IB'. Ἀλλ' ἔμεινεν τὰ ὑπομνηματικὰ τῆς ἀσεβείας βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν ἡ χήρα καὶ τῶν βιβλίων καὶ χρημάτων· μήτε δὲ συγγένειαν, μήτε ἕτερον τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι παῖδα Κούβρικον [y] λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα, ἐπαίδευσε τοῖς Περσῶν μαθήμασιν, ὡς οἷόν τε, καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωποτήτος κακὸν βέλος [z]· καὶ B Κούβρικος ὁ κακὸς οἰκέτης, μέσον φιλοσόφων ἤχμαζεν· καὶ τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμει, καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ βιβλία· εἶτα ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας τοῦ Κουβρίκου [a] ὄνομα ἐπονείδιστον ᾖ [b], ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ὅπερ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν διάλεκτον τὴν ὁμιλίαν δηλοῖ. Ἐπειδὴ δὲ διαλεκτικός τις εἶναι ἐδόκει, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζει, οἱονεὶ ὁμιλητήν τινα ἄριστον· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εὐδοξίαν ἑαυτῷ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν γλῶσσαν ἐπραγματεύσατο, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομία καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἑαυτοῦ κατήγορον ἐποίει γενέσθαι· ἵν' ἐν Περσίδι ἑαυτὸν νομίσας τιμᾷν, παρ' Ἕλλησι μανίας ἑαυτὸν ἐπώνυμον καταγγείλῃ (5)· ἐτόλμα δὲ λέγειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Παράκλητον (6)· ἐβλασφήμησεν οὖν Πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἰπών, καθὼς γέγραπται· Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ [cod. f. 90.] C εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ὁ μὲν Σκυθιανὸς [c] ἐτόλμησε Πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι· ὁ δὲ Βουδδᾶς, υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι· ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ ἀντίχριστος τῆς πλάνης κήρυκας ἀπέστειλεν· ὁ ἐκείνοις κοινωνῶν βλεπέτω μετὰ τίνων ἑαυτὸν ἐντάσσει· ἐσάλευσεν ὁ οἰκέτης τὴν οἰκουμένην καὶ μέσος ἐλθὼν [d] λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπηγγέλλετο.

IΓ'. Ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱὸς, καὶ ἰατρῶν δαψίλεια παρῆν· ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο ἰάσασθαι· ἀπέστησαν οἱ ἰατροί· συναπέστη τοῦ παιδὸς ἡ ζωή· ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρὸς, καὶ D δέσμος ἦν· ὁ δὴ φιλόσοφος εἰς φυλακὴν χρατούμενος οὐ διὰ τὸ περὶ ἀληθείας ἐλέγξαι [e] τὸν βασιλέα βληθείς, οὐδὲ διὰ τὸ καταλῦσαι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ διὰ

[16] Marc. III, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[x] Addo τοὺς ex Cyrillo. [y] R. βούβρικον. [z] R. βέλιος. [a] In cod. est tantum κου. [b] R. ᾖ. [c] R. hic mendose Σκυθανός. [d] R. ἐλθών. [e] R. ἐλένξαι.

NOTÆ.

(15) Idcirco apud Augustinum hær. 46: *Manichæum, discipuli ejus appellare maluerunt, devitantes nomen insaniæ. Vel Mannichæum, quasi manna fundentem.*

(16) Augustinus hær. 46: *Promissionem Domini nostri Jesu Christi de Paraclito Spiritu sancto in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam.*

τὸ ἐπαγγείλασθαι σῶσαι, καὶ ψεύσασθαι· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τὸ φονεῦσαι· τὸν γὰρ δυνάμενον διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας σωθῆναι, οὗτος τοὺς ἰατροὺς ἀποστήσας ἐφόνευσε, τῇ ἀμελείᾳ θανατώσας. Ἐμοῦ δὲ λέγοντος τὰ περὶ αὐτου πάμπολλα κακὰ, μέμνησο πρῶτον τὴν βλασφημίαν, δεύτερον τὴν δουλείαν· οὐχ ὅτι αἰσχύνη ἡ δουλεία, ἀλλ' ὅτι δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ ἀντιπράττεσθαι [f] κακόν· τρίτον, τὸ ψεῦδος τῆς ἐπαγγελίας· τέταρτον, τὸν τοῦ παιδὸς φόνον· καὶ πέμπτον, τὴν αἰσχύνην τῆς φυλακῆς· καὶ οὐκ ἦν αἰσχύνη τῆς φυλακῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγή· ὁ γὰρ λέγων ἑαυτὸν Παράκλητον, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχον, ἔφυγεν· οὐκ ἦν διάδοχος Ἰησοῦ τοῦ ἑτοίμως ἐρχομένου εἰς τὸν σταυρὸν, ἀλλ' οὗτος ἐναντίως φυγὰς ἦν· εἶτα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι τοὺς δεσμοφύλακας· αἴτιος ὁ Μάνης [g] δι' ὑπερηφανίαν θανάτου τῷ παιδὶ [h], καὶ αἴτιος θανάτου τοῖς δεσμοφύλαξι διὰ τὴν φυγήν· ὁ οὖν θανάτου παραίτιος οὗτος ἄρα προσκυνεῖσθαι ὀφείλει ὡς Παράκλητος; Οὐκ ἔδει μιμήσασθαι [i] Ἰησοῦν, καὶ εἰπεῖν· Εἰ ἐμὲ ζητεῖτε. ἄφετε τούτους ὑπάγειν [17]; οὐκ ἐδει κατὰ τὸν [j] Ἰωνᾶν εἰπεῖν· Ἄρατέ με καὶ ἐμβάλατε εἰς τὴν θάλασσαν, δι' ἐμὲ γὰρ ὁ κλύδων οὗτος [19];

ΙΔ'. Φεύγει [l] ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλὰ ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης, Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος (17)· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων, δόξωσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι. Λέγε [m], φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνεντα ὃ [n] κηρύσσεις· ὁ δὲ ὡς τύφον ἀνεψγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ τῆς βλασφημίας πρῶτον τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων ἤρχετο φάσκων, ὅτι ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, κακῶν ἐστιν εὑρετής· λεγων περὶ ἑαυτοῦ, Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον [20]· ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ἐξέλυε τὴν βλασφημίαν [cod. f. 91.] εἰπών· Εἰ ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν [21]; καὶ εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ [22], διὰ τί τιμᾷς Πέτρον [23], τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σάπφειραν θανατώσαντα (18); εἰ δὲ καὶ μέμφῃ ὅτι πῦρ ἡτοίμασεν, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακὰ, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ μάχαιραν; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα

IV. Sed hoc apprime animadvertendum est, quod resurrectionis apud Corinthios assertor, mundi sol splendidissimus, vas electionis, sapientiæ inexhaustum pelagus, adhuc 69 illis discredentibus propterea quod ab alienis magistris et haud sana doctrina abrepti fuerant, primus, inquit. Adamus de terra terrenus, corruptelæ ac mortis hæreditatem natis suis reliquit, quia transgressionis auctor fuit. Non enim corpore tantum constabat de terra formato, verum etiam divino afflatu a quo anima creata fuit. Secundus homo Dominus de cœlo est, quatenus æternæ vitæ et incorruptibilitatis faciteos hæredes cœlestes, qui per aquam et Spiritum facti sunt familiares ejus in baptismate, quibus ipse tanquam obedientiæ magister præsidet. Quippe non est Deus simpliciter, sed incarnatus: neque vicissim est merus homo, sed hypostatice unitus. Ergo ut ille terrenus, sic et isti terreni sunt, nempe nondum baptismate in melius mutati. Atque ut ille cœlestis, sic isti similiter cœlestes, qui regeneratione per aquam et Spiritum sunt renati. *Atque ut portavimus terreni imaginem, ita cœlestis quoque portemus imaginem*[2]: sicuti corpore gentili fuimus, ita spiritu renascamur. Deinde concludens ait: *Quia caro et sanguis regnum Dei hæreditare non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit*[3]. Patet autem eum, qui natus est tantum in Adamo, et non renatus baptismate in Christo post novum hoc illius præceptum, regnum Dei hæreditare non posse, prout divinum vetitum fert. Hoc ergo significat dictio *Dominus de cœlo*, quod nempe regenerationis per aquam et Spiritum nobis fuerit auctor. Fortasse etiam hoc divina condescensione dictum esse recte æstimabis, quoniam Deus cœlitus descendens ad homines, humanitus conversatus est, manens tamen in sua claritate ac potentia ut nos ad se traheret infra positos. Nam idcirco hominem se ac Dominum nuncupavit duplici hac appellatione duas naturas et unam hypostasim innuens. Vocabulum autem *donec* nos hic non temporis demonstrativum dicimus sed indefinitum.

Δ'. Ἀλλὰ πάντως τοῦτο χρὴ σκοπεῖν ὅτι ὁ περὶ ἀναστάσεως τοῖς Κορινθίοις διαλεγομενος, ὁ τῆς οἰκουμένης λαμπρότατος ἥλιος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ τῆς σοφίας ἀνεξάντλητον πέλαγος, διαπιστοῦσιν ἔτι διὰ τὸ τοῖς ἑτεροδιδασκάλοις καὶ μὴ τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ συνεπάγεσθαι, ὁ πρῶτος, ἔφησεν, Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκὸς, τὴν τῆς φθορᾶς καὶ τοῦ θανάτου κληρονομίαν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένοις καταλιπὼν, ὡς τῆς παραβάσεως αἴτιος. Οὐδὲ γὰρ ἐκ σώματος μόνου συνέστη τοῦ ἐκ γῆς διαπλασθέντος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος ὃ τὴν ψυχὴν ἐδημιούργησεν· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, ὡς τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῆς ἀφθαρσίας κληρονόμους οὐρανίους ποιῶν τοὺς δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος οἰκειουμένους αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς τῆς ὑπακοῆς διδασκάλος καὶ [cod. f. 134 b.] ἀρχηγέτης. Οὐδὲ γὰρ γυμνὸς Θεὸς, ἀλλὰ σεσαρκωμένος· οὐδὲ πάλιν ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος· οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, οἱ μὴ τῷ βαπτίσματι βελτιωθέντες· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, οἱ τῇ παλιγγενεσίᾳ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἄνωθεν ἀναγεννηθέντες· Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· καθὼς σωματικῶς ἐγεννήθημεν, ἀναγεννηθῶμεν καὶ πνευματικῶς· εἶτα συμπεραίνων ἐπάγει, ὅτι Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομήσει. Δῆλον ὅτι ὁ γεννηθεὶς τῇ φθορᾷ μόνον ἐν τῷ Ἀδὰμ, καὶ μὴ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀναγεννηθεὶς ἐν τῷ Χριστῷ μετὰ ταύτην τὴν καινὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ, Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ ἀναγεννήσεως γέγονεν ἡμῖν αἴτιος· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν θείαν συγκατάβασιν τοῦτο ὑπολάβοις λελέχθαι, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς οὐρανόθεν συγκαταβὰς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος συνανεστράφη, ἐπὶ τῆς οἰκείας μένων περιωπῆς καὶ δυνάμεως, ἵν' ἡμᾶς ἐλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸν κάτω κειμένους. Τούτου γὰρ χάριν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ Κύριον ὠνόμασεν, ἐκ τοῦ συναμφοτέρου τῶν κλήσεων τὸ δὲ ἕως, ἡμετς ἐνταυθα [cod. f. 135.] οὐ χρόνου

τὰς δύο φύσεις καὶ τὴν μίαν ὑπόστασιν αἰνιττόμενος· δηλωτικὸν φαμεν ὑπάρχειν, ἀλλὰ ἀόριστον.

V. Et hoc probe vos cognoscetis, qui futurum unice sæculum exspectare vos dicentes, in præsenti autem voluptatibus et incredulitati perti-

Ε'. Καὶ τοῦτο γνώσεσθε μὲν ὑμεῖς ἀκριβῶς, ὦ οὗτοι, οἱ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ μόνον, ὡς φατε, ἐλπίζοντες, ἐν δὲ τῷ παρόντι ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῇ

[2] I Thess. II, 4. [3] Sap. VI, 7. 1.

ἀπιστίᾳ ἀκόρεστον ἕξει καταχρώμενοι, οἵτινες οὐκ ἐπιτεύξεσθε τῆς τοῦ μέλλοντος γλυκύτητος. Ὁ παρὼν γὰρ τοῦ μέλλοντος πρόξενος, διαμερίζων ἑκάστῳ τῶν βεβιωμένων, εἴτε φαύλων εἴτε ἀγαθῶν, τὴν ἀνταπόδοσιν· πόθεν δὲ περὶ τοῦ ἕως γνώσεσθε; ἐν τῷ τὸν Κύριον εἰρηκέναι τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς αὐτοῦ· Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Τί δὲ ἄρα; μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, οὐκ ἔσται μετ' αὐτῶν; καὶ τίς ὁ λόγος; καθ' ὑμᾶς γὰρ πάντως ἀπὸ τότε θέλει εἶναι μετ' αὐτῶν, καὶ οὐ νῦν· καθὼς λέγετε, ὅτι τοῦ μέλλοντος καὶ οὐ τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ κόσμου ἔχει τὴν ἐξουσίαν· ἀλλὰ καὶ ἕως τότε καὶ ἀπὸ τότε ἔσται ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσονται σὺν αὐτῷ μὴ ὅρῳ τινὶ περατούμενοι· γνώσονται δὲ τοῦτο καὶ οἱ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις Γραφαῖς ἐντυγχάνοντες, πολλας καὶ ἄλλας μαρτυρίας ἔχοντες, κατὰ τὸ ἐν τῇ Γενέσει λεγόμενον, ὅτι οὐκ ἀνέστρεψεν ὁ κόραξ ἐν τῇ κιβωτῷ, ἕως οὗ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· καίτοι γε οὐδὲ ὅτε ἐξηράνθη ἀνέστρεψεν· καί· Ἕως πότε (7), Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος [cod. f. 135 b.]; οὐ γὰρ ἐν τούτῳ χρόνον διορίζεται· καὶ ἄλλα μυρία εὑρήσεις.

naciter dediti, futuri jucunditatem non consequemini. Nam præsens sæculum comparat nobis futurum, tribuens singulis qui vita sunt defuncti, malorum bonorumque actuum remunerationem. Undenam vero dictionis *donec* sensum cognoscetis? Nempe ex eo quod Dominus sanctis discipulis suis dixerit: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, donec sæculum consummetur* [4]. Quid ergo? post sæculi consummationem haud ulterius cum illis erit? Quid dicimus? Nam in vestra quidem sententia, ex illo prorsus tempore cum eis esse volet, non in præsenti; quoniam dicitis eum futuri, non præsentis sæculi ac mundi, habere potestatem. atqui Christus et usque ad id tempus et exinde cum ipsis erit, et hi cum eo erunt nullo termino limitati. Cognoscent hoc etiam qui reliquas sanctas Scripturas consulent, alia illic multa nanciscentes testimonia; velut illud in Genesi ubi corvus ad arcam dicitur non rediisse, *donec aquæ siccarentur in terræ superficie* [5]; quanquam ne postea quidem quam aquæ siccatæ fuerint rediit. Et illud: *Usquequo, Domine, obliviscaris mei in finem* [6]? non enim hac locutione tempus definit. Et plurima alia comperies.

Ϛ' Ὁ δέ μοι ἐπὶ νοῦν ἦλθεν, ὅπερ αὐτόπτως αὐτοῖς πολλάκις προσωμίλησα, λέξων ἔρχομαι· ληρωδούντων αὐτῶν πολλάκις καὶ φληναφούντων περὶ τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, ἔλεγον ἐγὼ πρὸς αὐτούς· Οὐ θαυμάζω, ὦ οὗτοι, ὑμων εἰς ταύτην βλασφημούντων τῶν καὶ τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ἔργοις ἐνυβριζόντων, εἰ καὶ λόγοις τιμᾷν σχηματίζεσθε, τὸν πάσης δόξης καὶ τιμῆς ὑπεραπείρως ἀνώτερον. Πῶς γὰρ οὐκ ἐναργῶς ὕβρεως ἄξιον, τὸ ἀποστερεῖν τὸν Κύριον τῆς δόξης τῆς δεσποτείας καὶ κυριότητος τῶν αὐτοῦ ποιημάτων, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, καὶ οὗ χωρὶς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐγένετο; Εἰ γὰρ πεισθείητε ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς παραινέσεσι, καὶ τὸν ὑμέτερον αὐχένα τὸν ἀκαμπῆ καὶ ἀγέρωχον τῷ χρηστῷ ζυγῷ ὑποκλίνοιτε, τοῦ εἰδέναι μόνον αὐτὸν Θεὸν σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, οὐδὲν τὸ κωλύσον ὑμας καὶ ταύτην ὁμολογῆσαι ὡς ἔστι δεδοξασμένη καὶ ὑπερευλογημένη, οὐ Θεὸς, ἀλλὰ μόνον Θεοῦ ἥττων [cod. ἥττον], πάντων δὲ κτισμάτων ὕπερ; Εἰ δὲ μὴ τὸν Υἱὸν αὐτῆς ἀληθῆ Θεὸν ὁμολογεῖτε, πῶς τὴν τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ Μητέρα τιμήσοιτε; οἱ γὰρ μὴ Θεὸν ὁμολογοῦντες ἢ τιμῶντες, πῶς ἄνθρωπον τιμήσωσιν; πῶς δὲ καὶ τὰς ἑαυτῶν μητέρας παρ' ἄλλων ἀτιμαζομένας [cod. f. 136.] διεκδικεῖτε, καὶ τοὺς ὑβριστὰς αὐτῶν ἀμύνεσθε, καὶ σωφρονεῖν αὐτὰς παντοίῳ τρόπῳ μηχανᾶσθε, τοῦ Θεοῦ δὲ τὴν Μητέρα, τὴν ἀσχέτῳ φωτὶ τῆς θεότητος καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένην, καὶ διὰ τοῦτο ἀνέπαφον πάσης χειρὸς ἀνθρωπίνης ὑπάρξασαν, τὴν Ἀειπάρθενον καὶ ἀεισέβαστον, ἣν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς εἰς κατοι-

VI. Nunc quod in mentem mihi venit, qui sæpe coram cum illis sum collocutus, dicere aggredior. Cum ii sæpe nugarentur ac blaterarent de semper virgine Deipara Maria, equidem iis dicebam: Nil miror, vos in Mariam esse blasphemos, qui Filio ejus Deo vero audacter impudenterque conviciamini, verbis licet honorare simuletis, qui omnia gloria et honore infinite superior est. Quidni enim manifesta injuria sit spoliare Dominum gloriæ potestate ac dominatu creaturarum suarum, per [7] quem omnia sunt facta, et sine quo nihil eorum quæ exstant productum fuit? Si enim evangelicis apostolicisque monitis pareretis, rigidamque vestram ac superbam cervicem suavi jugo supponeretis, ob cognoscendum solum ipsum Deum cum Patre et Spiritu, eum, inquam, qui vere Deus est; nihil jam vos impediret, quominus hanc quoque confiteremini, quod sit gloriosa et summe benedicta, haud sane Dea, sed uni Deo inferior, omni autem creaturæ superior. Quod si Filium ejus verum Deum non confitemini, quomodo carnis ejus matrem honorabitis? Nam qui Deum nec confitentur nec honorant, qui fieri potest ut ei, quæ homo est, honorem tribuant? Cur autem matres quisque vestras a quibuslibet dedecore affectas defenditis, et earum offensores ulciscimini, easdemque omnino pudicas esse contenditis; Dei autem Matrem, cujus anima et corpus copiosissima deitatis lux purificavit, ideoque qualibet humana manu tangi non potuit, semper

[4] Matth. XXIII, 18. [5] Act. XXVI, 29. [6] Matth. I, 20.

(7) Hic Latine dicere non potuimus *donec*, ex Græco ἕως πότε.

inquam, virginem semper augustam, quam sibi Deus ad inhabitandum delegit, quamque etiam in partu clausam esse sivit, virginitatis luce supra solis radios splendentem, impudenti vos audacique contumelia afficitis? Hanc sine dubio adversus vos ulciscetur Filius ejus et universi mundi Deus. Atque hinc patet nequitia vestra, dum non solum vestra panditis perversissima dogmata, verum etiam temere stultissimeque illam dehonestatis, quam ne cœlorum quidem virtutes digne unquam celebrare potuerunt.

VII. Aliud quoque considerandum est. Reges terreni, vel gentium principes vel præsides, aut liberi optimates, quædam habere solent vasa quibus ipsi soli utuntur, atque ab ipsorum subditorum manibus prorsus tangi non licet, quæ metum quemdam vel solo inspectu injiciunt. Sunt item nonnulli eorum cognati, eo magis ab omnibus honorandi, quo illos genere propius contingunt. Quid autem germanum magis aut propinquius matre? Quod si Dei 72 Mater est immutabiliter incarnati, novumque et mirum est patratum per eam mysterium, insuperque novum prorsus sub cœlo fuit virginem sine viri opera parere filium; quanta admiratione reverentiaque dignum sit sanctissimum illud et sacratissimum septum? Si ergo inanimata mortalium corruptibilium peccatorumque hominum vasa tanto honore dignamur, matresque eorum cunctis eorumdem subditis sunt inaccessæ, et cognatis omnibus honorabiliores; Creatoris omnium et Regnatoris sacratissimum habitaculum, animatum palatium, thronus sanctissimus mysticus ac sanctus regalis thalamus, quomodo abs justo Josepho adeundus fuisset, a servo, inquam, fideli et justo incarnati ex ipsa Dei, quemadmodum vos nebulones blasphematis?

VIII. Multas ille quidem, utpote legis peritus, steriles audierat præter ætatem concepisse, non sine tamen virili opera. Verumenimvero virginem sine semine peperisse, nusquam noverat. Sed enim justus cum esset, divina visione dignus est habitus, qua monitus fuit ne verendo huic prodigio subservire metueret. Nisi enim ita fuisset, cur dociliter jubenti angelo credens, statim obtemperavit dicenti: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam? Conjux enim illius interim prudenter dicebatur, ut mysterio velamen fieret, quod paulatim manifestandum erat, ceu sol sensim et non subito infirmis oculis objectus. Attamen post divinum partum, jam non ejus conjux, sed pueri mater ab angelo dicta est. Jamvero hinc apparet in metu et anxia dubitatione fuisse seniculum, atque ei prodigio obsecundare verentem. Ergo ait: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto in ea natum est, non autem aliunde ingressum [6]. Rursusque alibi dicit angelus Virgini: *Et ecce concipies in utero et paries filium, dabitque ei Dominus Deus thronum Davidis pa-*

[6] Matth. I, 20.

κίαν ἐξελέξατο, καὶ πάλιν διελθὼν κεκλεισμένην κατέλιπεν, τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ ὑπὲρ τὰς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὰς ἀποστράπτουσαν, ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ὑβρίζετε; ἣν διεκδικήσει πάντως ἐν ὑρῖν ὁ Υἱὸς αὐτῆς καὶ Θεὸς τοῦ παντός; Καίτοι γε ἐκ τούτου δείκνυται ἡ κακία ὑμῶν ἐν τῷ μὴ μόνον τὰ ὑμῖν δοκοῦντα διηγεῖσθαι πάνστρεβλα δόγματα, ἀλλὰ τὸ προχείρως καὶ ἀκορέστως μάτην ἐνυβρίζειν αὐτήν, ἣν οὐδὲ τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις ἀξίως ὑμνῆσαι δεδύνηνται.

Ζ'. Σκεπτέον δὲ καὶ οὕτως· οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ἢ ἐθνάρχαι, ἢ ἄρχοντες, ἢ αὐτεξούσιοι ἔχουσί τινα σκεύη, οἷς αὐτοὶ καὶ μόνοι χρῶνται, καὶ τοῖς ὑποχειρίοις αὐτῶν πάμπαν ὑπάρχουσιν ἀπρόσιτα καὶ ἀνεγχείρητα, δέος ἐμποιοῦντα καὶ μόνον ὁρώμενα. Καὶ εἰσί τινες συγγενεῖς αὐτῶν οἵτινες ὀφείλουσι παρὰ πάντων πλείονα τιμὴν εἰσδέχεσθαι, καθ' ὅσον τῇ συγγενείᾳ προσεγγίζουσιν. Τί δὲ μητρὸς [cod. f. 136. b.] γνησιώτερον ἢ ἐγγύτερον; Εἰ δὲ καὶ Θεοῦ Μήτηρ ἐστὶ σεσαρκωμένου ἀναλλοιώτως, καινὸν δὲ καὶ παράδοξον μυστήριον πρόσεστιν τὸ δι' αὐτῆς τελούμενον, τοῦτο δὲ ἔτι μόνον καινὸν γεγονὸς ὑπὲ τὸν ἥλιον, τὸ παρθένον ἄνευ ἀνδρὸς τεκεῖν υἱόν, πόσου θαύματος καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πανάγιον ἐκεῖνο καὶ ἁγιαστικὸν ὑπάρχει τέμενος; Εἰ οὖν τὰ σκεύη τὰ ἄψυχα τῶν θνητῶν καὶ φθαρτῶν καὶ ἁμαρτολῶν ἀνθρώπων τοιαύτης τιμῆς ἀξιοῦνται, καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν τοῖς ὑπηκόοις αὐτῶν πᾶσιν ὑπάρχουσιν ἀπρόσιτοι καὶ πάντων συγγενῶν τιμιώτεραι, τοῦ παντοκρίστου καὶ παμβασιλέως τὸ πανιερώτατον κατοικητήριον, τὸ ἔμψυχον παλάτιον, ὁ πανάγιος θρόνος, ἡ μυστικὴ καὶ ἁγία βασιλικὴ κλίνη, πῶς ἄρα προσῆκε γεγόνει Ἰωσὴφ τῷ δικαίῳ, δούλῳ πιστῷ καὶ δικαίῳ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος Θεοῦ ὑπάρχοντι, καθὼς αὐτοί, ὦ πλάνοι, δυσφημεῖτε;

Η'. Πολλὰς μὲν γὰρ αὐτὸς ὡς νομομαθὴς σαίρας ἡκηκόει παρ' ἡλικίαν κυοφορησάσας, ἀλλ' ἐξ ἀνδρὸς σπερμανθείσας· τὸ δὲ παρθένον ἀσπόρως τεκεῖν, οὐδέπω ἠπίστατο. Δίκαιος δὲ ὢν ἠξιώθη τῆς θείας ἐκστάσεως λεγούσης· Ὥστε μὴ φοβηθῆναι διακονήσασθαι τῷ φρικτῷ τούτῳ θαύματι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, διὰ τί εὐπειθῶς τῷ προστάττοντι ἀγγέλῳ πειθθεὶς, εὐθὺς ὑπήκουσεν εἰρηκότι, Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ [cod. f. 137.] τὴν γυναῖκά σου; Γυνὴ γὰρ αὐτοῦ τέως οἰκονομικῶς ἐλέγετο, ὥστε συσπίζεσθαι τὸ μυστήριον, καὶ κατὰ μικρὸν παρεκφαίνεσθαι καθάπερ ἥλιος ἡμέρα καὶ οὐκ ἀθρόως τοῖς ἀσθενέσιν ὄψεσιν ἐκφαινόμενος· μετὰ δὲ τὸν θεῖον τόκον, οὐ γυνὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ μήτηρ τοῦ παιδίου ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐλέγετο. Δείκνυσιν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἐν φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ ἦν ὁ πρεσβύτης, μὴ τολμῶν διακονῆσαι τῷ γεγάματι. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ, φησί, γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου· ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, οὐχ ἑτέρωθεν ὑπεισελθόν. Καὶ πάλιν ἑτέρωθι ὁ ἀγγελὸς φησι πρὸς τὴν Παρθένον· Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱὸν, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ὥστε

εἰ μὴ ἐκ τῆς παρθένου τὴν σάρκα προσέλαβεν, ἥτις θυγάτηρ ἦν τοῦ Δαβίδ, οὐκ ἂν Δαβὶδ υἱὸν αὐτὸν ἐκάλεσεν. Δαβὶδ γὰρ γηγενὴς ἦν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἀδὰμ ἀπόγονος, οὐκ οὐρανόθεν τὸ σῶμα ἐσχηκώς· καὶ πάλιν, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· δι' ὃ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, ἐξ αὐτῆς δηλονότι γεννώμενον, οὐκ ἤδη γεγεννημένον καὶ ὑπεισελθὸν ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ ἀπαίδευτοι φάσκουσιν.

Θ'. Πότε δὲ καὶ ἀνήρ τις δίκαιος τὴν ἑαυτοῦ μνῆστιν ὁρῶν ἐγκυμονοῦσαν, εἰ μὴ πληροφορίαν δέξοιτο ὡς ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου τὸ τελούμενον, ἀνέχεται τῇ ἐγκυμονούσῃ συνοδεύειν καὶ συμπαραμένειν, καὶ συναπογράφεσθαι [cod. f. 137 b.] καὶ συνοικεῖν; καὶ τὸν τεχθέντα παῖδα ἀφιεροῦν καὶ ἁγιάζειν κατὰ τὸν νόμον, τὸν τῶν ἁγίων ὑπεραγιον καὶ πάσης ἱεραρχίας δοτῆρα, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὑπάρχοντα; καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ φυγαδεύεσθαι; καὶ ἐκ τῆς φυγῆς σὺν αὐτῷ καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανέρχεσθαι, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἑαυτῷ συναγαγεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπομένοντι ὀδυνᾶσθαι, οὐχ ὡς πλανηθέντι οἷα παιδὶ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὅτι τοιαύτης χαρᾶς τε καὶ δόξης κἂν πρὸς βραχὺ ἐχωρίσθη; καὶ ὁ τοιαῦτα φρικτὰ καὶ θαυμαστὰ ἰδὼν, πότε κἂν ἐννοῆσαι συνουσίαν, ἢ ἐνθυμηθῆναι κατὰ τῆς ἀειπαρθένου ἐτόλμησεν, ὁ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις εὐπειθέστατος ὑπάρχων καὶ δίκαιος; ἢ πότε ὁ Θεὸς Λόγος ἠνέσχετο ἵνα ἡ κατὰ σάρκα μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἄλλων τιθηνὸς γενήσεται; ἢ πότε ἡ παναγία Παρθένος, ἡ ψυχὴν καὶ σάρκα ὑπὲρ τὰς οὐρανίους δυνάμεις κεκαθαρμένη, φρίττω εἰπεῖν, τοῦτο καταδέξατο; πολλαὶ γὰρ γυναῖκες παρ' ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς εἰσι, τοῖς ἐπωνύμοις Χριστοῦ καὶ τῆς ἁγίας Μητρὸς αὐτοῦ δούλοις τοῖς ἐξ αὐτῆς νομοθετηθεῖσιν πρὸς ἁγνείας καὶ παρθενίας ἀσφαλεστάτην συντήρησιν, αἵτινες ἑνὸς παιδὸς μητέρες γινόμεναι, ἑτέρου ἀνδρὸς συνάφειαν οὐ προσίενται. Καὶ εἰσὶν ἄλλαι αἱ παντελῶς ἀνέπαφοι διαμένουσιν πάσης ἀνδρικῆς συναφείας τε καὶ ἁφῆς καὶ ὁμιλίας· [cod. i. 138] καὶ περ τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μητρὸς ὑπὲρ πάντα εἰσὶ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πλὴν μόνου Θεοῦ, ἐνδοξότερα τε καὶ ἐξαισιώτερα· καὶ οὐ μόνον γυναῖκες, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες ἄπειροι τοιοῦτοι παρθένοι γεγόνασι καὶ εἰσίν (8). Εἰ οὖν οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀχρεῖοι δοῦλοι τοιούτων χαρισμάτων ἀξιοῦνται, ἡ πηγὴ τῶν χαρισμάτων καὶ θείων δωρεῶν ὑπάρξασα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, πῶς ἄμοιρος ὑπῆρξε

tris ejus [7]. Quamobrem, nisi carnem ex Virgine sumpsisset, quæ Davidis filia erat, profecto eum filium Davidis non appellavisset. 73 David enim de stirpe Abrahami erat, et de Adami posteris, non autem cœlitus corpus adeptus. Et denuo: *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [7a]. Ideo et quod nascetur sanctum, ex ipsa scilicet genitum, non jam antea factum, et per suppositionem subinductum, ut aiunt ineruditi.

IX. Quandonam autem vir justus desponsatam suam gravidam videns, nisi confirmatum ei fuisset, a Spiritu sancto id effectum, passus esset cum uterum ferente iter facere et comitari, et simul describi, atque habitare? quomodo natum Filium consecrare et sanctificare ex legis præscripto, Sanctum sanctorum et totius ordinis sacerdotalis in cœlo et in terra auctorem? et eumdem fuga subducere, vel potius simul fugari? Et de fuga cum eodem ac matre ejus ex Ægypto reverti, atque ad dies festos Hierosolymam ipsum secum deducere, et illic eo remanente dolere, haud sane de errabundo ut puero, absit, sed quia tanto gaudio et gloria vel brevi tempore orbatus fuis et? Jam qui tam reverenda ac mira vidisset, quomodo de copula cogitasset, vel quidquam agitare animo adversus semper Virginem ausus fuisset, cum ipse inter servos Dei obedientissimus esset ac justus? Vel quomodo Deus Verbum suam secundum carnem matrem, aliorum quoque liberorum fieri nutricem toleravisset? Vel quomodo denique sanctissima Virgo, cujus anima et caro plus quam cœlestes virtutes purificata fuerat, quomodo, inquam, id quod dicere horreo passa esset? Multæ enim sunt mulieres apud nos Christianos, qui sanctæ Matris ejus famuli sumus, atque ab eadem ad puritatem virginitatisque arctam custodiam instituti fuimus, multæ sunt, inquam, quæ filio uno suscepto, alterius viri conjugium non admittunt. Sunt aliæ quæ prorsus immunes permanent virilis copulæ et contactus atque convictus. Decus alioqui Deiparæ visibilia omnia et invisibilia excedit, Deo solo excepto, quantumvis 74 gloriosa et eximia. Sed et viri innumeri pariter virgines fuerunt et sunt. Si ergo viles inutilesque famuli hujusmodi charismatibus digni habentur, illa quæ charismatum divinorumque bonorum fons est, in nomine Filii sui, Domini nostri Deique Jesu Christi, qui unus de sancta Trinitate est, quomodo expers fuerit tam proprio et tam peculiari charismate, quod eam solam pro digni-

[7] Luc. I, 31, 39. [7a] ibid. 35.

(8) En adhuc novam pii cœlibatus laudationem. Et quidem nobilis laudator apparuit cælibum multorum sui temporis Christianorum magnus quoque cæsariensis Eusebius in nuper detecto Theophaniæ opere lib. III 21, 22. Nihilo tamen minus hodierni sparguntur libelli, qui piæ virginitatis instituto acriter detrahunt. Nihil ergo valet honor perpetuus virginitati ab ecclesia habitus? Frustra virginitatem laudaverunt, primo quidem in evangeliis Christus Dominus, deinde Paulus in epistolis, et Joannes in Apocalypsi? Nihil deinceps effecerunt tot loculentissimis, quæ exstant, pro virginitate scriptis Clemens Romanus, Basilius, Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, alique?

tate decebat, præ alio mortali quovis, nempe ut sine semine regem Dominum pareret? Atque ob id inaccessum foret, quod reverentiam vel unice cogitatum incutit, sanctum illud et tremendum animatum vas; ita ut maxima convenientia esset, eo quem solus ipse scit modo, cum ejus honoranda et sancta, quem de Maria sumpsit, incarnatione?

X. Hoc etiam animadverte, quod ante divinum quidem partum angelus Josepho ait: *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam.* Conjugem appellat, ne is existimaret, suspicionem aliquam esse de virgine. Post Servatorem autem partu editum, haud ulterius conjugem dixit: Ceu sene ex patratis tunc miraculis satis confirmato, quod divinum illud non humanum esset negotium: videlicet ex Magorum adventu, angelorum hymnodia, peregrinæ et exorbitantis stellæ cursu insolito, pastorum interventu, atque in primis partu sine dolore. Sed enim quid ait? *Surge et accipe puerum ac matrem ejus, et fuge in Ægyptum.* Et postea: *Surge*, inquit, *et accipe puerum, et vade in terram Israelis* 7**. Quanam vero in Scriptura comperisti ipsam alium quoque peperisse aliquando puerum? Nisi forte ex multa vestra nequitia ac stupore 7b contra semper virginem Deiparamque Mariam nugas, latrantium more canum, ex impuro ore vestro in cassum effunditis.

XI. De filiis autem a Josepho sene ante Christi adventum genitis, quis fide dignior testis sit, quam ipsi illi sancti, qui servos se non fratres appellant? Quorum unus dicit: *Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus* 8, videlicet nequaquam frater. Alter vero: *Judas Jesu Christi servus* et non dixit, frater. Statimque oddit: *frater autem Jacobi* 8*, erroneam veluti corrigens multorum opinionem, palamque cunctis nuntians audire volentibus: Servus sum, o homines, Domini Jesu Christi. Cur me fratrem ejus vocatis, cujus stupenda nativitate cœlestes quoque virtutes attonitæ fuerunt, cum divinæ dispensationis mysterium enarrare nequirent? Etsi ille humanitus omnia audire non recusabat, infirmitatibus nostris indulgens. Nam et Josephi Filium appellari 9 se audiens, quanquam minime esset, non ægre ferebat: et quasi faber per contumeliam a mendacibus Judæis vocatus, non irascebatur. Et a nobis ante ejus adventum ex Josepho genitus, Jacobo, inquam, Jose, et Simone, et me quoque Juda 10, ob priorem nostram increnulitatem rejectus, non excanduit, sciens humanæ infirmitatis fragilitatem, dum eum alloqueremur tanquam ætate corporali priores, ideoque ei æmulantes, pro-

τοιούτου ἰδιαιτάτου αὐτῇ καὶ ἐξαιρέτου χαρίσματος, ὅπερ αὐτῇ καὶ μόνῃ ἀξίως ἔπρεπεν, ἢ ἄλλῳ τινί, τὸ ἐξ αὐτῆς τεκεῖν ἀσπόρως τὸν βασιλέα Κύριον; καὶ διὰ τοῦτο ἀπρόσιτον, δέος ἐμποιοῦν καὶ μόνον νοούμενον, ἅγιον καὶ φοβερὸν ἔμψυχον σκεῦος, καὶ συγγένειαν ἀκροτάτην ὑπάρξαι τῆς αὐτοῦ τιμίας, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδεν, καὶ ἁγίας ἐξ αὐτῆς σαρκώσεως;

I'. Σκόπει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ θείου τόκου ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσὴφ φησιν· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Γυναῖκα δὲ αὐτοῦ εἶπεν, ὥστε μὴ νομίζειν αὐτὸν ἐπιβουλευθεῖσαν ὑπάρχειν τὴν παρθένον. Μετὰ δὲ τὸν σωτήριον τόκον, οὐκέτι γυναῖκα αὐτοῦ εἶπεν, ὡς τοῖς θαύμασι τοῖς τότε γενομένοις τοῦ πρεσβύτου ἱκανῶς βεβαιωθέντος θεῖον εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἀνθρώπινον· λέγω δὲ τῇ τῶν μάγων ἐπιδημίᾳ, τῇ τῶν ἀγγέλων ὑμνῳδίᾳ, τῷ ξένου καὶ παρηλλαγμένου ἀστέρος ἐξαισίῳ δρόμῳ, τῇ τῶν ποιμένων ἐπιστασίᾳ, καὶ πρὸ τούτων, τῇ ἀνωδίνῳ λοχείᾳ· ἀλλά τί φησιν; Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ πάλιν· Ἐγερθείς, φησί, παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· ἐν ποίᾳ δὲ γραφῇ εὕρες λεγούσῃ αὐτὴν καὶ ἕτερον υἱὸν γεννῆσαί ποτε; εἰ μὴ ἐκ κακουργίας καὶ πολλῆς ἐμβροντησίας κατὰ τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τὰς φλυαρίας, δίκτυον κυνῶν ὑλακτούντων ἐκ τῶν ἀνοσιουργῶν ὑμῶν στομάτων μάτην ἐκφέρετε.

IA'. Περὶ δὲ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τοῦ πρεσβύτου τῶν πρώην αὐτῷ γεννηθέντων τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τίς ἀξιοπιστότερος μάρτυς ἐκείνων αὐτῶν ἐστι δικαίων, δούλους ἑαυτοὺς ὁμολογούντων οὐδ' ἀδελφούς; ὧν ὁ μὲν ἔφησεν· Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, καὶ οὐκ ἀδελφὸς δηλονότι· καὶ ὁ ἕτερος· Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, οὐκ ἀδελφὸς εἰπών· καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου· τὴν πεπεπλανημένην ἔννοιαν τῶν πολλῶν ὥσπερ ἐπιδιορθούμενος ἐν τῷ εἰπεῖν, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου. καὶ σαφῶς πᾶσι διαγγέλλων τοῖς ἀκούειν ἐθέλουσιν ὅτι Δοῦλός εἰμι, ἄνθρωποι, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί με καλεῖτε ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὐ ἐν τῷ φρικτῷ τόκῳ καὶ αἱ ὑπουράνιοι δυνάμεις ἐξεπλάγησαν, μὴ εὐποροῦσαι τῆς θείας οἰκονομίας [cod. f. 139.] ἀναγγεῖλαι τὸ μυστήριον; εἰ καὶ ἀνθρωπίνως πάντα κατεδέχετο ἀκούειν, συγκαταβαίνων ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· καὶ γὰρ καὶ υἱὸς Ἰωσὴφ ἀκούων, καίπερ μὴ ὢν υἱὸς αὐτοῦ, οὐκ ἐδυσχέρανεν· καὶ ὡς τέκτων ὀνειδισθεὶς ὑπὸ τῶν πλάνων Ἰουδαίων, οὐκ ὠργίσθη· καὶ παρ' ἡμῶν τῶν πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας γενηθέντων τῷ Ἰωσὴφ (9) Ἰακώβου, καὶ Ἰωσῆ, καὶ Σίμωνος, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Ἰούδα, ἐξ ἀπιστίας ἡμῶν τῆς πρώην ἀπελαυνόμενος, οὐκ ἐμηνίασεν, εἰδὼς τὴν

7** Matth. II, 20. 8 Jac. I, 1. 8* Jud. 1. 9 Joan. VI, 42. 10 Matth. XIII, 55.

(9) Quod beatus Josephus ex priore conjuge, ante nuptias cum semper virgine Maria, liberos susceperit, qui idcirco latiore sensu fuerint fratres Domini, non Petri hujus tantummodo, sed et nonnullorum Patrum sententia fuit, quos citat ex Baronio Sandinius Hist. famil. sacr. p. 423; contradicente tamen apprime Hieronymo in Matth. cap. XII, his verbis: « Quidam fratres Domini de alia uxore Joseph filios « suspicantur, sequentes deliramenta apocrypho- « rum, et quamdam Esbam mulierculam confin-

ἀνθρωπίνης ἀσθενείας τὸ εὐόλισθον, λεγόντων ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἅτε πρώτων τῇ σωματικῇ ἡλικίᾳ ὑπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο ζηλοτυπούντων αὐτῷ διὰ τὸ ἀκμὴν πεπωρωμένην ἔχειν τὴν καρδίαν, ὡς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· καὶ λεγόντων αὐτῶν, Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου. Ἃ σὺ ποιεῖς· ἀπιστοῦντες αὐτῷ διὰ τὸ ἀτελῶς διακεῖσθαι, καὶ μήπω τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βαπτισθέντες. Τῆς γοῦν θείας ἐπιφανείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀξιωθέντες, ὡς φησιν ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις, νῦν ὡς τέλειοι τελείοις ὑμῖν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐπιστέλλομεν, ὅτι δοῦλοί ἐσμεν τοῦ Κυρίου, οὐκ ἀδελφοί· ἐγὼ δὲ Ἰούδας καὶ Ἰάκωβος, ἀδελφοὶ ἀλλήλων ὑπάρχομεν, Τάχα δὲ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ὡς προγνώστης οὐχ ἑνί τινι ἐξ αὐτῶν τὴν Ἀειπάρθενον καὶ Θεοτόκον ἐν τῷ σταυρῷ κρεμάμενος παρέθετο, ἀλλὰ τῷ [cod. f. 139. b.] Θεολόγῳ καὶ μαθητῇ Ἰωάννῃ τῷ υἱῷ Ζεβεδαίου, ἵνα τελείως τοὺς πλάνους ἀποδυσωπήσῃ τῆς πεπλανημένης αὐτῶν ἐννοίας. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, πῶς ἐνεδέχετο ἵνα τοὺς υἱοὺς αὐτῆς, ὡς φατε, ἐάσασα μεθ' ἑτέρου συνοικήσει ἡ Ἀειπάρθενος; Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος ὁ παρθένος καὶ Θεολόγος, ἀδελφὸς ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐλέγετο, οὕτως κἀκεῖνοι διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀδελφοὶ ἐλέγοντο, οὐχ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὄχλων· οὐδαμοῦ γὰρ εὑρήσεις τὸν Κύριον ἀδελφοὺς αὐτοῦ τούτους ἀποκαλέσαντα, εἰ μὴ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ὄχλοι τούτους οὕτως ὠνόμαζον· τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Τῶν δὲ ἱερῶν μαρτυριῶν ἐντεῦθεν ἅπάρξομαι, δεικνύντων ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γεγεννῆσθαι τὴν Θεοτόκον, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν μοχηκότα τὸ σῶμα.

pter summam nostri cordis cæcitatem, ut ait evangelista, eique dicentes : *Transi hinc, et vade in Judæam, ut et tui discipuli opera tua quæ facis videant* [11]. Nimirum ei non credentes, propter nostram imperfectionem, 76 et quia nondum sancti Spiritus adventu digni habiti, ut dixerat ejus qui non mentitur promissio, nunc ut perfecti perfectis vobis omnibus quotquot in terra vivitis [12] scribimus, nos Domini servos esse non fratres. Ego vero Judas et Jacobus, fratres sumus. Fortasse autem ob id ipsum Dominus, futuri non nescius, neutri ex his semper Virginem Deiparamque in cruce pendens commendavit, sed Joanni discipulo, Joanni, inquam, Zebedæi filio, ut omnino mendaces Judæos a sua B falsa opinione retraheret. Nisi enim res ita se haberet, quomodo passus esset, ut filiis suis ut vos dicitis omissis, cum alio habitaret Virgo? Verum ut hic virgo et theologus, frater a Domino appellabatur, ita et illi dispensationis causa fratres non a Domino sed a turbis vocitabantur. Nusquam enim comperies hos a Domino fratres appellatos, sed ab apostolis tantum turbisque eo titulo denotabantur. Sic enim dispensationis ratio ferebat. Sed hæc hactenus. Nunc sacrorum testimoniorum initium faciam, quæ demonstrant, de Abrahami Davidisque stirpe ortam Deiparam, atque ex ipsa Dominum nostrum Jesum Christum natum esse, neque aliunde corpus suum habuisse.

Μάρτυρίαι τῆς θείας Γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, κ. τ. λ.

Divinæ Scripturæ testimonia, quæ recitato sermoni suffragantur.

Ex Evangelio secundum Matthæum.

Liber generationis Jesu Christi, etc.

Sequuntur in codice a f. 139 *b. ad f.* 141, *testimonia ex Genesi, Evangeliis, Lucæ et Joannis, Pauli apostoli Epistolis ad Romanos, ad Galatas et ad Timotheum.*

[11] Joan. VII, 3. [12] Matth. XXIV, 49.

« gentes. Nos autem, sicut in libro, quem contra « Helvidium scripsimus, continetur, fratres Domi« ni, non filios Joseph, sed consobrinos Salvatoris, « intelligimus, etc. » Atque hos vulgo pie jam creditur in tota Ecclesia.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Κατὰ τῶν αὐτῶν Παυλικιάνων λεγόντων ὅτι ὁ Κύριος ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἀληθῆ ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ παραβολικῶς (10) εἶπεν, Λάβετε, φάγετε, τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων· καὶ αἰνίγμα, φησί, παρείληπται τοῦτο ποιεῖν.

—

[77] EJUSDEM PETRI SICULI

SERMO TERTIUS.

Contra eosdem Paulicianos, qui dicunt Dominum in cœna discipulis suis haud vere obtulisse panem ac vinum, sed parabolice locutum, Sumite, manducate; nempe verba sua denotando. Neque id usquam fecisse traditum dicunt.

—

I. En jam ad duas prædictas tertiam hanc adjungimus lucubrationem circa tremendam divinamque sanctorum mysteriorum initiationem, quæ media fuit inter Domini nativitatem et ejusdem crucifixionem. Jam vero quod evidens sit hæc institutio, sicut etiam sancti baptismi ex aqua et Spiritu sancto quo Christiani omnes imbuimur, neque ab ipsis fieri calumnia possit, propter ejus rei simplicissimam in divina Scriptura demonstrationem, cunctis est exploratum. Nihilominus in hoc etiam simpliciores decipere conantur hi scelesti dicentes, non oportere hanc liturgiam peragere, neque sacrum pretiosi corporis ac sanguinis Domini Deique nostri nutrimentum participare, causam quidem nullam prorsus afferentes, propter evangelicorum apostolicorumque testimoniorum minime variam sententiam; sed aientes tantummodo, dictum fuisse symbolice a Domino: *Sumite, manducate, et bibite ex eo omnes* [13] ipsa sua videlicet verba denotante, quoniam nihil ibi reapse erat panis et vini. Quod commentum ideo fortasse ipsis excogitavit 78 invidus diabolus, ne divinæ communionis lumine illustrentur. Certe hoc ipsis jam non licet, quia divino baptismo non sunt perfecti, neque in fide orthodoxa confirmati. Nam divina communio a perfectis atque fidelibus participatur: imperfectis autem et non consignatis atque infidelibus prorsus est inaccessa et incommunicabilis, quia sponte ad veritatem cæcutiunt. *Omnis enim qui male agit*, ut ait sacrum oraculum, *lucem odit: ac propterea ad lucem non veniunt, ut non arguantur opera eorum* [14].

II. Nos ergo unius ejusdemque Dei credimus esse

A Α'. Ἰδοὺ πρὸς τοῖς δυσὶ τρίτον ἡμῖν προκείσθω κεφάλαιον περὶ τῆς φρικτῆς καὶ θείας τῶν ἁγίων μυστηρίων μυήσεως, ὅτι μέση τῆς τοῦ Κυρίου γεννήσεως καὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ αὕτη γέγονεν. Ὅτι μὲν γὰρ φανερόν ἐστι τοῦτο, ὡς καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα τὸ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, ὃ πάντες Χριστιανοὶ βαπτιζόμεθα, καὶ μὴ διαβληθῆναι παρ' αὐτῶν δυνάμενον, ὡς ἁπλουστάτην ἔχον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τὴν δήλωσιν, πᾶσι πρόδηλον [cod. f. 141 b.]· ὅμως καὶ ἐν τούτῳ πειρῶνται τοὺς ἁπλουστέρους ὑποκλέπτειν οἱ ἀνόσιοι λέγοντες, μὴ δεῖν λειτουργίαν τοιαύτην ἐπιτελεῖσθαι, μηδὲ τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετέχειν αἰτίαν ἐντελῶς μὴ ἐπιφέροντες, διὰ τὸ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν μαρτυριῶν B ἀποίκιλον γνώρισμα· λέγοντες δὲ μόνον ὅτι συμβολικῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὸ, Λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τὰ ῥήματα αὐτοῦ λίγων, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀληθῶς ἄρτος καὶ οἶνος· τάχα καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ σόφισμα βασκαίνοντος αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ τῷ φωτισμῷ τῆς θείας ἐλλαμφθῆναι κοινωνίας· οὐδὲ γὰρ τοῦτο θεμιτὸν αὐτοῖς ὑπάρχει μὴ τῷ θείῳ βαπτίσματι τελεσθεῖσιν, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει βεβαιωθεῖσιν· ἡ γὰρ θεία κοινωνία, τῶν τετελειωμένων καὶ πιστῶν ἐστι μετάληψις· τοῖς δὲ ἀτελέσι καὶ ἀσφραγίστοις (11) καὶ ἀπίστοις, πάμπαν ἀπρόσιτος ὑπάρχει καὶ ἀμέτοχος, διὰ τὸ ἐξ ἑκουσίου γνώμης τυφλώττειν αὐτοὺς περὶ τὴν ἀλήθειαν· Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, ὡς φησι τὸ ἱερὸν λόγιον, μισεῖ τὸ φῶς· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα, μὴ ἐλεγθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα.

Β'. Ἡμεῖς τοίνυν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ εἶναι

[13] Matth. xxvi, 26. [14] Joan. iii, 20.

(10) Ita hic codex. Sed tamen p. 14, nec non paulo infra συμβολικῶς.

(11) Vides Manichæos sine Baptismo et sine confirmatione, atque usu Eucharistiæ.

πιστεύομεν τὸ παντοδύναμον πρόσταγμα, ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει τοῦ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντος εἰρηκότος · Βλαστησάτω ἡ γῆ [cod. f. 142] βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα · καὶ εἰσέτι καὶ νῦν τῷ θείῳ ὑπείκουσα προστάγματι πάντα τὰ φυτὰ ἀνελλειπῶς ἐτησίως ἐκφέρει · ἐν δὲ τῷ ἱερῷ δείπνῳ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἄρτον ἀληθῶς καὶ οἶνον δόντος καὶ λέξαντος, Λάβετε φάγετε [τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου], καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν · καὶ νῦν καὶ εἰσέτι τὸ αὐτὸ διαφυλάττεται πρόσταγμα τῇ τῶν ὑπηρετῶν ἱερουργίᾳ τελειούμενον · ὁρατῶς μὲν τοῦ ἄρτου προκειμένου, ἀοράτως δὲ τοῦ παναγίου ἐπιφοιτῶντος Πνεύματος, καὶ τὰ προτιθέμενα ἁγιάζοντος · καὶ οὐκ ἀντίτυπα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ παναγιον σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀποτελοῦντος (12), ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁγιαζόμεθα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταλαμβάνοντες.

Γ'. Ἄγε δὲ καὶ τὰς περὶ τούτου ἱερὰς ῥήσεις, ὡς διάκεινται ἐν ταῖς ἱεραῖς πτυκταῖς ὑπογράψωμεν, τῷ ἁπλουστάτῳ καὶ ἀποικίλῳ τῆς φράσεως αὐτῶν πρὸς ἀξιοπιστίαν τοῦ παρόντος ζητήματος ἀρκούμενοι. Τίς γὰρ ἀξιοπιστότερος τοῦ Θεοῦ ; τίς δὲ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, πλὴν τῶν αὐτοπτῶν αὐτοῦ καὶ ὑπηρετῶν [cod. f 142. b.], τῶν εὐαγγελιστῶν λέγω καὶ ἀποστόλων, ὑπάρχει πιστότερος ; ὄντως οὐδείς· καὶ μάρτυς καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ βίος αὐτῶν καὶ τὰ θαύματα ἄληπτα παρὰ πᾶσιν ὑπάρχοντα καὶ ἀνεπίληπτα, καὶ δεικνύντα δούλους τοῦ Θεοῦ ἀληθινοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν καὶ μάρτυρας. Διὸ καὶ νῦν αὐτῶν λεγόντων ἀκούσωμεν.

Μαρτυρίαι τῆς θείας Γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Ἐποίησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα, κ. τ. λ.

præceptum omnipotens, initio quidem mundi abeo conditi, dicentis: *Germinet terra herbam feni, facientem semen in suo unamquamque genere ac specie* [14]. Et en usque hodie divino præcepto obtemperans omne genus stirpium annuatim indeficienter producit. In sacra vero cœna sanctis apostolis panem vere vinumque cum exhibuerit Dominus, dixeritque: *Sumite, manducate (hoc est corpus meum); et bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus novi testamenti, quod pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum: hoc facite in meum commemorationem*[15]; nunc adhuc idem observatur mandatum divinorum ministrorum sacro officio consummatum; visibiliter quidem pane proposito, invisibiliter autem superveniente sanctissimo Spiritu, et oblata sanctificante; nec sane antitypa, sed sanctum ipsum corpus pretiosumque sanguinem Domini ac Dei nostri efficiente; ex quo nos quoque peccatores sanctificamur, dum in remissionem culparum sumimus.

III. Agesis de hoc quoque dogmate sacras locutiones, prout in sacris voluminibus jacent, infra scribamus, simplicissimo ipsarum et constante verborum tenore ad præsentis controversiæ auctoralem definitionem 79 contenti. Quis enim Deo fide dignior? Quid post eum alius, præter eos qui ei oculati testes adfuerunt, evangelistas dico et apostolos majorem nostram fiduciam postulat? Prorsus nemo. Testis sermo eorum et vita itemque miracula, quæ apud omnes indubia sunt, nulliqüe reprehensioni obnoxia, quæque ipsos veros Dei famulos testesque fuisse demonstrant. Ergo ipsos nunc loqnentes audiamus.

Divinæ Scripturæ testimonia, quæ recitato sermoni suffragantur.

Ex evangelio secundum Matthæum.

Fecerunt autem discipuli prout jusserat illis Jesus, et paraverunt Pascha, etc.

In hac pagina 142 b desinit abruptus tertius sermo, seu testimonia illum confirmantia, quæ certe petita fuerunt post Matthæum ex Marco et Luca Pauloque ubi de sanctissima Eucharistia loquuntur. In amissis autem reliquis operis quaternionibus perierunt tres posteriores libri, quos auctor promisit in historia p. 15-16, nempe de sanctæ crucis cultu, de Veteris Testamenti auctoritate, et de ecclesiastica hierarchia. Alium operis pleniorem codicem optare magis quam sperare licet. Sed antequam de hoc opere dicere desino, nequeo non mirari Joan. Christoph. Volfium, qui in præf. ad anecd. Gr. t. II, Petrum nostrum Siculum facit Constantinopolitanum, sanctum Thaumaturgum, et Argivorum episcopum, citato Bollando t. II Febr., p. 610 (cum citare æbuisset t. I Maii, p. 428). Sed reapse nihil commune habevt Petrus Siculus et Petrus Argivus, non ætatem, non patriam, non miracula, non vitæ denique professionem.

[15] Matth. xxvi, 26, 27.

(12) Animadverte præclarum testimonium de sanctissima Eucharistia.

MONITUM.

Orationi sequenti ea tantum præmittenda censemus quæ de ms. Græco codice, deque auctore versionis quam Benedictus Piazza edidit; adnotata reperiuntur ad calcem exemplaris, quod in Panormitana Collegii Soc. Jesu bibliotheca asservatur. Sunt autem quæ sequuntur : TESTIMONIUM EXSCRIPTORIS ET INTERPRETIS : *Requisitus ab Adm. Rev. Patre Antonio Maria Portio Soc. Jesu, Ego infras-*

criptus Græcæ linguæ lector, et bibliothecæ hujus Magni et Regii monasterii SSmi Salvatoris Messanæ in lingua Phari custos, annuente Rmo S. Th. M. D. Basilio de Neapoli, ejusdem monasterii abbate, exscripsi ex codice XLII dictæ bibliothecæ, et Latine reddidi superiorem orationem S. P. N. Petri, episcopi Argorum, in Conceptionem S. Annæ, quando S. Dei Genitricem concepit.

Est autem codex hujusmodi, integer, membranaceus, in folio majori, Græco numero MB, id est XLII obsignatus, tabulisque leucophæa pelle a tergo contectis coopertus, inscriptusque exterius sic, MET, nempe Metaphrastæ. Cæterumque qui illum scripsit Daniel, πανηγυρικὸν *vocat.*

Totum hoc opus πανηγυρικὸν *duobus voluminibus ejusdem ferme molis et characteris continetur; atque in iis varias per annum legendas, vel orationes, vel sanctorum historias reperies. In priori igitur volumine, quod festivitates exhibet ab Kal. Septembris usque ad* III *Non. Aprilis,* V *Idus Decembris habetur dicta Oratio S. P. N. Petri episcopi, undecim ferme columnis comprehensa: incipit ab ultimis decem lineis ultimæ columnæ quaternionis* 20 *usque ad lineam* 30 *columnæ* II *quaternionis sequentis. Singulæ vero columnæ lineis* 43 *ut plurimum concluduntur. Scriptus est autem codex hic anno* 6816 *ab O. C.* (hoc est sexmillesimo octingentesimo decimo sexto ab orbe condito) *ut Græci calligraphi supputant, id est anno Incarnationis Dominicæ* 1308. *Etenim in fine codicis legitur nota hæc :* Ἐτελειώθη τὸν παρὸν Πανηγυρικὸν διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Δανιὴλ καὶ σκευώφυλαξ (*sic*) τῆς μεγάλης μάνδρας τοῦ Σωτῆρος ἀκρωτηρίου Μεσσήνης. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς β' ἡμέρᾳ Σαββάτου, ὥρᾳ θ, ἔτους ϛωιϛ', ἰνδίκτου ϛ'. Εὔχεσθε, καὶ μὴ καταρᾶσθε, ὅτι ὁ γράφων παραγράφει. » *Scilicet* : « Explicitus est hic Panegyricus liber manu peccatoris Daniel, et Scevophylacis magnæ Mandræ Salvatoris promontorii Messanæ, IV Non, mens. Septembris, die Sabbati, hora 9, anno 6816, indictione VI, Orate pro me, et non maledicatis mihi, quoniam qui scribit, scribendo errat. »

In quorum fidem, etc. *Prid. Non. Februarii An. Domini* 1744.

BENEDICTUS MONALDINIUS HIEROMONACHUS.
Ita est, ABBAS BASILIUS DE NEAPOLI.

Locus † *Sigilli.*

PETRI ARGORUM EPISCOPI

ORATIO.

Sancti Patris nostri Petri Argorum episcopi oratio in Conceptionem sanctæ Annæ quando concepit sanctam Dei Genitricem.

Benedic, Pater.

1. Cum magna maximis, inauditaque videam portentis præcurrere portenta, ingenti cordis gaudio gestiens in admirationem rapior, et Dominicæ erga nos misericordiæ viscera, providentiamque divinam omni cogitatione majorem stupens demiror. Hodie enim nostræ cum Deo reconcilitionis aperta conspiciuntur indicia. Hodie natura nostra, olim rejecta, jam suæ in pristinum restitutionis primordia aspiciens hilarescit. Hodie primi parentes, dum assonat eorum auribus, jam solvendam illam esse sententiam, qua editum fuerat hominem in terram reversurum[16], lætissimam frontem explicant, certioresque dum fiunt, modo in agro sterili fragrantissimam illam rosam plantari, quæ odore suo quidquid sub sole est, perfundet, ac prævaricationis fetorem abiget, lætitiam gratulationemque ingeminant. Omnes quotquot sunt creaturæ dum purissimi templi Regis omnium Christi nunc jaci fundamenta cernunt, gratanter tripudiant, manibusque plaudunt et Deum honorum omnium auctorem cum gratiarum actione laudibus prosequuntur. Nunc arido in

A Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου ἐπισκόπου Ἀργῶν λόγος εἰς τὴν Σύλληψιν τῆς ἁγίας Ἄννης, ὅταν συνέλαβεν τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

Α'. Μεγαλα βλέπων καὶ ξένα, μείζοσιν προτρέχοντα θαύματά, μεγάλως ἄγαμαι τῇ καρδίᾳ γεθόμενος, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ Δεσπότου εὐσπλαγχνίαν καὶ ὑπὲρ λόγον προμήθειαν κατακλήττομαι. Σήμερον γὰρ τῆς ἡμετέρας πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς τὰ μηνύματα· σήμερον ἡ ἀπωσθεῖσα φύσις ἡμῶν, τῆς ἀνακλήσεως τὰ προοίμια κατοπτεύουσα, γέγηθε· σήμερον οἱ προπάτορες τῆς εἰς γῆν ἀποστροφῆς τὴν ἀπόφασιν, ὅσον οὔπω, λύεσθαι μέλλουσαν ἐνωτιζόμενοι χαίρουσιν. Ἄρτι τὸ εὐωδέστατον ῥόδον ἐν ἀκήρῳ φυτευόμενον ἀρούρᾳ, πάσῃ τῇ ὑφηλίῳ μέλλον εὐωδιάζειν, καὶ τῆς παραβάσεως ἐλαύνειν τὸ δυσῶδες, B εὐαγγελιζόμενοι γήθονται. Νῦν τὸ καθαρώτατον ἀνάκτορον τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ θεμελιούμενον, πᾶσα ἡ κτίσις ὁρῶσα σκιρτᾷ, χαριστήρια καὶ χέτρας κροτεῖ, καὶ τῷ πάντων αἰτίῳ τῶν ἀγαθῶν εὐχαριστοῦσα γεραίρει Θεῷ. Νῦν ὁ θεῖος παράδεισος ἐν ἀνίκμῳ νηδύϊ φωτεύεται, τοὺς ἐκ τοῦ πρωτου ἐξορισθέντας ἡμᾶς καὶ θανάτῳ καταριθέντας, πρὸς ζωὴν, διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ βλαστήσειν μέλλοντος, ἐπανάξων ζωηφόρου φυτοῦ· νῦν τοῦ πνευματικοῦ ἔαρος

[16] Gen. III, 19.

τὰ ἄνθη μυρίζουσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ προαγγέλλουσιν εἴσοδον· νάρδος, κρόκος, καὶ κρίνα κυπρίζουσι, καὶ τὴν ἡδίστην ὄψιν προδεικνύντα, τοὺς ἐν τῇ κατηφείᾳ τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς κατατέρπουσιν· προέκοψε μετὰ τῆς νυκτὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ κατηφείας πλήρης χειμών, καὶ ἤγγικεν, μετὰ τῆς ἡμέρας τῆς εὐσεβείας, τὸ χαριέστατον ἔαρ, καὶ τὴν ἀλέαν τοῦ θείου συνεπαγόμενον Πνεύματος.

A utero divinus ille plantatur Paradisus, qui nos a priori expulsos, mortique damnatos, per vivificum germen ex ipso oriturum ad vitam revocabit. Nunc flores spiritualis veris spirant odorent, illiusque prænuntiant ingressum. Jam vernant cum nardo crocus et lilia ac suavissimo, quem exhibent, aspectu nos peccati pudore squalentes erigunt et oblectant. Præcessit jam cum nocte peccati plena tristitiæ hiems: jucundissimum autem ver cum pietatis die divini Spiritus calorem secum adducens appropinquavit.

Β'. Ἀγαλλιασώμεθα τοίνυν, καὶ ψαλμικῶς ἀλαλάξωμεν ἅπαντες, ὁρῶντες τὴν τῆς ἡμετέρας εὐγένειαν φύσεως ἀρχομένην ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Ἄννης φυτεύεσθαι· κροτήσωμεν χεῖρας, καὶ πνευματικοὺς χοροὺς συστησώμεθα, τῆς αἰτίας ἡμῖν εὐφροσύνης ἁπάσης, καὶ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου προξένου γενησομένης ἑορτάζοντες σύλληψιν.

II. Nobilitatis itaque ac decoris naturæ nostræ primam in Annæ utero plantationem intuentes, *exultemus* omnes *et in psalmis jubilemus*[2]. Plaudamus manibus, spirituales choreas instituamus, Conceptionem illius festive celebrantes, quæ nobis omnis lætitiæ auctrix ineffabilisque gaudii conciliatrix existet.

Ἄσωμεν συμφώνως τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾄσωμεν· ὡς τὴν τῆς ἡμετέρας πρόξενον ἐλευθερίας τῶν καταδουλωθέντων τῇ ἁμαρτίᾳ Παρθένον διὰ τῆς Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ πλουτοῦντες πανάμωμον Δέσποιναν· εἴπωμεν οὖν ἡμεῖς ὡς ἐν ἐκπλήξει μετὰ τοῦ θείου Δαβίδ· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας! Τίς γὰρ αὐτοῦ τὰς δυναστείας λαλῆσαι δυνήσεται; ποίας δὲ καὶ καρδίας πλάτος τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων ἀναμετρῆσαι τὴν ἄβυσσον; Οἱ προσκεκρουκότες, τῆς καταδίκης ἀπολυόμεθα· οἱ τῷ ἀρχεκάκῳ δαίμονι πεισθέντες διὰ τοῦ ὄφεως συμβουλεύοντι, παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς Δεσπότου, καὶ παρακ[ρ]ουσθέντες προσλαμβανόμεθα· οἱ ἑκόντι τοῦ ἡμετέρου τραχήλου τὸν αὐτοῦ ζυγὸν ἀπορρίψαντες, καὶ τῷ δυσμενεῖ προσχωρήσαντες, πρὸς τὸν χρηστὸν ἐκείνου πάλιν διὰ σπλάγχνα ἐλέους ὑποβαλλόμεθα· οἱ τὰ δύσοιστα τῶν ἁμαρτάδων φορτία ἑαυτοὺς ἐπιφορτίσαντες, πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν προσκεκλήμεθα.

B Cantamus concordi voce Deo nostro, cantemus; utpote qui per Annam et Joachimum plane immaculata Domina et Virgine ditemur, quæ nos peccati servitute pressos in libertatem asseret. Et nos igitur, stupore in exstasim veluti rapti, cum divino Davide clamemus: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti!* Ecquis enim potentias ipsius eloqui poterit? Aut cujusnam amplitudo cordis investigabilium judiciorum ejus abyssum (poterit) dimetiri[3]? Qui (indignationem ejus) incurreramus, a damnatione absolvimur. Qui dæmoni, malorum omnium architecto, prava per serpentem consilia suggerenti obtemperaverunt, a Domino, Conditore nostro; ut ut prævaricatores, suscipimur. Qui sponte jugum ipsius a cervice nostra excusseramus, et facta deditione ad inimici partes transiveramus, rursus suavi illius juge proptor misericordiæ suæ viscera subjicimur. Qui onere peccatorum miserrime opprimente nosmetipsos gravaveramus, ad refectionem vocati jam sumus.

Τούτων ἁπάντων ἀρχὴ καὶ αἰτία ἡ παροῦσα καθέστηκεν ἑορτὴ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καθάπερ τις ἡλίου ἑωσφόρος, προανατέλλουσα, καὶ δι' ἑαυτῆς ἁπάσας μηνύουσα.

Horum porro bonorum omnium origo et causa præsens exstitit solemnitas, quæ reliquis insuper omnibus, cou quædam solis aurora, ortum parat, cæterasque scipsa solemnitates prænuntiat.

Γ'. Ἰωακεὶμ γάρ τις τῶν ἐξόχων, καὶ μέγα παρ' Ἑβραίοις ἔχων τὸ ὄνομα, ἐκ Δαβιδικοῦ φύλου κατάγων τὸ γένος, τὴν τῆς θείας χάριτος ἐπώνυμον Ἄνναν τῆς αὐτῆς συγγενείας οὖσαν ἐκτήσατο σύνοικον· οὐ γὰρ ἐξῆν κατ' ἐκείνους ἐξ ἄλλης φυλῆς τὰς συζυγίας ἁρμόζεσθαι· καὶ δὴ τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμως καὶ ὁμοψύχως ἀμφότεροι ἐξασκήσαντες, οὐχ ἧττον θατέρος θατέρου, πάντας τοὺς κατ' ἐκείνου καιροῦ ἐν ταύτῃ, ὁπόσον οὐκ ἦν εἰπεῖν, ῥᾳδίως ὑπερηκόντισαν· καὶ τούτου σαφῆς τὰ μετὰ τὸν τόκον ἀπόδειξις. Μόνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοιούτῳ μυστηρίῳ διακονῆσαι κατηξιώθησαν, ὡς Θεοῦ Μητρὸς γρηματίσαι γεννήτορες, καὶ τούτου πρόγονοι τῆς κάτω γεννήσεως. Ἀλλά γε καίπερ τοιοῦτοι πρότερον ὄντες, ἄπαιδες κατεγήρων τὸν βίον, καὶ τὴν ἐκ τούτου λύπην συναύξουσαν παρ' ὅλον εἰσάκτηντο, ὡς τῶν παρ'

III. Joachim, unus e primoribus, magnique apud Hebræos nominis, et e Davidis familia ducens originem, Annam, a divina gratia nomen habentem et ortum ex eadem stirpe trahentem (neque enim apud eos ex diversa tribu matrimonia jungi fas erat), uxorem habuit. Atque ambo sane concordi animo, parique studio virtutem excolentes, hujus præstantia unus æque atque altera omnes ætatis illius homines, quantum nec verbis dici posset, facile excesserunt. Cujus rei evidens suppeditabunt argumentum quæ post partum secuta sunt. Et sane ex aliis omnibus ipsi soli digni habiti sunt, qui hujus mysterii ministri forent, ut proinde Dei Matris genitores, ac Dei ipsius secundum generationem terrestrem avi exstiterint. Verum enimvero, licet tantis vel antea meritis insignes essent, sine liberis tamen senescebant

[2] Psalm. XCIV, 1, 2. [3] Psalm. CIII, 24. [4] Psalm. CV, 2. [5] Psalm. XXVII, 7.

et exinde dolore jugiter acerbiori conficiebantur, utpote eo bono carentes, quod inter promissa a Deo per illud tempus potissimum habebatur.

IV. Cum vero magna apud eos dies adventasset, (puto autem hanc esse scenopegiam, quæ mense Gorpiæo, Septembri sciiicet, celebrabatur: oportebat vero, ut omnes ex universis tribubus secundum legem Hierosolymis congregarentur, terranni ordine id præscribente, hac nemperecurrentesolemnitate, tum decima quarta primi mensis, tum denique Pentecoste, qua de causa bæ festivitates *magnæ* vocabantnr; et omnes quidem ad divinum illud et celeberrimum templum accurrentes, pro sua quisque facultate Deo munera offerant: illud enim, *Non apparebis in conspectu meo vacuus*[6], Deus ipse lege illis constituerat, pariculum sic avertens, ne cui deorum eorum, qui nihil reipsa sunt, tanquam Deo vero honorem ant quidpiam aliud offerrent, sed ut stbi soli eos devinciret; nam cæterum haud indigus est bonorum nostrorum Deus, qui omnia ex non exstantibus creavit; sed tanqnam omnia fons bonitatis per hæc sollicitam salutis nostræ curam gerit.

Cum omnes igitur; ut dixi, e singulis tribubus sua Deo munera offerrent, aderat et illud divinum par, Joachimus videlicet et Anna, legalis illud religionis firmamentum, et evangelicæ philosophiæ gloria, tribus Judæ nobilissimum ornamentum, atque præclarissima gloriatio, utpote Christi omnium Domini generationis secundum carnem principium ac radix, Davidis augustissimum decus, et nostræ omnium salutis tessera splendidissima. Aderant autem non sicut alii cervicem erigentes, nec supercilia insolenter attollentes ad Rubenis præsertim exemplar, qui et adversus alios sese efferebat, et horum oblata dona superbe metiebatur; sed quiete ac tacite et magis quam res sensibiles, cor contritum et humiliatum Deo, qui istud non despicit, offerentes.

V. At ore impudenti Ruben sese iis fert obviam, et eos quidem utpote nullam sobolem sortitos contumeliis lacessere non veretur; tum vero ipsorum dona oblata, quasi Deo iudigna, rejicit.

Quid est quod ita agas, o Ruben? Quid hosco insontes ipse, qui multis probris inhonestaris, ceu reos publice criminari fidenter audcs? Quis unquam de iis postulatur. quibus præstandis sit impos? Quisnam Deo leges ferenti potuit contradicere, et contra stimulos præsumit audacter calcitrare? Ubinam audisti Deum illos, qui careant prole, repellere? Nonne Abelem, quanquam liberorum expertem, cum offerret munera, acceptum habuit? Nonne Abrahæ et Saræ, utut filios non habentibus, benedixit? Nonne Annam Phenennæ æmulam, licet sobole destitutam, deprecantem demum exaudivit? Quandonam gignendis liberis operam dedere magnus ille Elias atque Elisæus, quorum tamen Deus et preces exaudivit, et oblata sacrificia maximis decoravit miraculis? Vel nonne saltem fateberis

A αὐτοῖς ἐπηγγελμένων ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν ὑπάρχοντας τὸ κεφάλαιον ἐν τούτῳ ἐφυστερίζοντες.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ τῆς παρ' ἐκείνοις φθασάσης μεγάλης ἡμέρας· ταύτην δὲ οἶμαι τὴν σκηνοπηγίαν εἶναι κατὰ τὸν Γορπιαῖον τελουμένην, ἤτοι Σεπτέμβριον· ἔδει δὲ πάντας ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν κατὰ τὸν νόμον ἐν Ἱεροσολόμοις ἀθροίζεσθαι· τρὶς τοῦ ἔτους τοῦτο προστάττοντος, ἔν τε ταύτῃ καὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, καὶ τῇ Πεντηκοστῇ, καὶ διὰ τοῦτο καλουμένας μεγάλας· πάντες, κατὰ τὸ ἐνὸν, εἰς τὸν θεῖον καὶ περιώνυμον ἐκεῖνον νεὼν προσιρχόμενοι, δῶρά τε προσέφερον τῷ Θεῷ· Οὐ γὰρ ὀφθήσῃ κενὸς ἐναντίον μου, παρ' ἐκείνου τούτως ἐνομοθετεῖτο· ἀπάγων αὐτοὺς, τοῦ μή τινι σέβας, ἢ B ἄλλο τι προσφέρειν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν, καὶ μόνῳ προσοικειῶν ἑαυτῷ· οὐ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἐν χρείᾳ Θεὸς, ὁ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παραγαγών, ἀλλ' ἡμῶν, ὡς πάσης ἀγαθότητος ὑπάρχων πηγὴ, τὴν σωτηρίαν ζητεῖ.

Πάντων τοίνυν, ὡς ἔφην, κατὰ φυλὰς προσφερόντων τὰ δῶρα θεῷ, παρῆν καὶ τὸ θεῖον ζεῦγος, Ἰωακείμ, φημὶ, καὶ Ἄννα, τῆς νομικῆς λατρείας τὸ στήριγμα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας τὸ καύχημα, τὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς εὐγενέστατον γνώρισμα, καὶ τοῦ πάντων Δεσπότου Χριστοῦ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως περιφανέστατον, ὡς ἀρχὴ καὶ αἴτιον, σεμνολόγημα· τὸ τοῦ Δαβὶδ ἱερώτατον ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας ἀστειότατον γνώρισμα· καὶ παρῆν, οὐχ αἴρον κατὰ τοὺς C ἄλλους τὸν τένοντα καὶ μάλιστα τὸν Ῥουβὶμ, οὐκ ἀνασπῶν τὰς ὀφρῦς, καὶ τῶν ἄλλων κατεκπιρόμενον καὶ τὰ τούτων δῶρα παραμετρούμενον· ἀλλ' ἠρέμα καὶ ἡσυχῇ, καὶ πρὸ τῶν αἰσθητῶν καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην τῷ τύτην μὴ ἐξουθενοῦντι προσάγοντες.

Ε'. Ἀλλ' ἀναιδῶς κατά πρόσωπον ὁ Ῥουβὶμ ἁπαντᾷ, καὶ τούτους ὡς ἄπαιδας κατονειδίζει, καταθρασύνεται, καὶ τά τούτων δῶρα, ὡς παρ' ἄξια, ἐκκρούεται προσφερόμενα.

Τί ταῦτα πράττεις, Ῥουβίμ; τί τοὺς ἀναιτίους, ὁ πολλῶν αἴτιος ἀπηχεστάτων, θρασέως γράφειν αἰτίας κατατολμᾷς; τίς ὑπὲρ ὧν οὐ πέφυκε πράττειν εὐθύνεται; τίς Θεοῦ προστάττοντος ἀντιστῆναι δεδύνηται, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζειν καταθρασύνεται; Ποῦ Θεὸν ἄπαιδας ἤκουσας ἀποστρέφεσθαι; οὐ τὸν Ἄβελ τὰ δῶρα προσφέροντα προσεδέξατο ἄπαιδα; οὐ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάῤῥαν εὐλόγησεν ἀπαίδας; οὐ τὴν Ἄνναν τῆς Φενάννης ἀντίθετον προσευχομένην, ὕστερον ὑπήκουσε τυγχάνουσαν ἄπαιδα; τὸν δὲ μέγαν Ἠλίαν, καὶ τὸν Ἐλισαῖον πότε τεκνογονήσαντας προσευχομένων ὑπήκουε, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν προσαγομένας θυσίας ἀπείρους ἐδόξασε θυμασιν; ἢ οὐδὲ Ζαχαρίαν ὁμολογήσεις ἀποδεκτέον εἶναι προσφέροντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχιερέα γινόμενον, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δῶρα δεχόμενον καὶ τῷ Δε-

[6] Exod. xxiii, 15.

σπότῃ προσάγοντα ; Ἄλλως δὲ ἱερέως ἀντικρὺς τὰ τοιαῦτα κρίνειν, οὐχὶ σοῦ τοῦ τὴν πατρῴαν εὐνὴν ὑβρίσαντος · Λευΐ τοῦτο τὸ γέρας δέδωκε Μωσῆς, οὐχὶ σοί. μᾶλλον δὲ ὁἱ ἐκείνου Θεός.

A Deo acceptum esse, dum offert, Zachariam, ac propterea summi sacerdotis munus obtinere atque aliorum etiam dona excipere et Domino dedicare? Cæterum palam est sacerdotis esse de ejusmodi judicare ; non autem tui, qui paternum cubile violasti [6*] : Levi, non autem tibi, hocce munus Moyses, imo per Moysen Deus ipse demandavit.

Ϛ'. Πῶς οὐ φρίττεις τοῦ ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ γένους κατεξανίστασθαι ; μὴ γὰρ εὐλογῶν ὑμᾶς ὁ πατριάρχης, ἢ προλέγων τὰ μέλλοντα ὑμῖν ἀπαντήσασθαι, σὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αἰνέσειν προήγγειλεν, καὶ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ἡττήσειν προανεφώνησεν ; Ἰούδᾳ τοῦτο τὸ γέρας ἀπένειμεν, σοῦ δὲ καὶ τὴν πρᾶξιν πικρῶς ἐστηλίτευσεν, καὶ ἥττονα τῶν ἄλλων φυλῶν ἀπέφηνεν ἔσεσθαι · ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐκλάμπειν προεῖπεν μυστήριον, τὴν τῶν ἐθνῶν προσδοκίαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν · οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον καθ' ὃν τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἡμῖν ὁ μέγας τῆς δικαιοσύνης ἐπιφανήσεται Ἥλιος, εἰρηκώς · Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδᾳ, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μερῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Προλέγει καὶ τούτου τὸ πάθος, τὸ πᾶσιν ἀπάθειαν πρυτανεῦσαν, καὶ τὸν ἀθανασίας πρόξενον θάνατον καταλύσαντα θάνατον · Ἀναπεσών, φησίν, ὡς λέων ἐκοιμήθη, τίς ἐγερεῖ αὐτόν ; Σκὶ πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. Εἶτα τὸ τῆς ἀναστάσεως χαριέστατον · Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὑπὲρ οἶνον, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ μᾶλλον ἢ γάλα. Καὶ πάλιν τὸ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ ἐνεργέστατον · Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, τῷ τῶν ἀποστόλων κηρύγματι τὰ ἔθνη παρασκευάζων ἀκολουθεῖν, καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου τὴν ὄνον αὐτοῦ. Οὐ γάρτοι μόνοις τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις οἱ θεῖοι μυσταγωγοί, καὶ τούτοις γε πρώτοις, τὸ σωτήριον διεπόρθμευσαν κήρυγμα.

VI. Quomodo adversus sacerdotale simul ac regale genus insurgere non penitus reformidas? Nunquid enim cum bene vobis patriarcha (Jacob) diceret, aut cum ea, quæ vobis eventura erant, prænuntiaret? nunquid, inquam, prædixit fore, ut te fratres tui laudarent, seu tibi universos hostes subjectum iri vaticinatus est? Judæ [7] hos honores attribuit; tua contra facinora amare redarguit, tuamque iribum inferiorem aliis futurum declaravit [8]. Ex illo autem (Juda) absconditum quoque mysterium, *exspectationem gentium* [9], nempe Jesum Christum Dominum nostrum, novissimis diebus proditum esse prædixit. Neque vero id solum, sed et tempus ipsum, quo nobis sedentibus in tenebris et in umbra mortis, Sol justitiæ oriturus esset [10], his verbis prænuntiavit: *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium* [11]. Præuuntiat etiam hujus passionem, quæ impassibilitatem omnibus suppeditavit, et mortem quæ mortem destruxit, atque immortalitatem conciliavit : *Recumbens*, inquit, *ut leo dormiit ; quis suscitabit eum* [12]? *Et lavabit in vino stolam suum, et in sanguine uvæ pallium suum* [13]. Deinde et jucundissimam resurrectionis gratiam (vaticinatur inquiens) : *Læti sunt oculi ejus præ vino, et dentes illius lacte candidiores* [14]. Et rursus efficacissimam prædicationis ejus virtutem, dicens: *Alligans ad vitem pullum suum* [15], præparans nempe gentes ad apostolorum prædicationem animo morigero excipiendam, *et ad helicem vitis asinam suam* [16] : quoniam non tantum gentibus, sed Judæis quoque, imo ellpsis prius, divini illi mysteriorum dispensatores salutare prædicationis verbum proposuerunt.

Ζ'. Τί οὖν ἡ θεοχαρίτωτος καὶ ἁγία ἐκείνη δυὰς, Ἄννα, φημὶ, καὶ Ἰωακεὶμ, ἀντιτιθέασι ταῖς ἀγερωχίαις τοῦ ἀδικοῦντος τὰς ἰδίας εὐλόγους αἰτίας, καὶ συνιστάναι ἑαυτοὺς κρεῖττον ἐκείνου σπουδάζουσι, πολλὰ τὰ εἰς τοῦτο συντείνοντα ἔχοντες εὔλογα ; Μηδαμῶς · ἀλλὰ δριμείαις μὲν καὶ πικροτάταις τὴν καρδίαν ὀδύναις κατατιτρώσκονται, οὐ τοσοῦτον διὰ τὸν ἔλεγχον, ὅσον διὰ τὸ ἀπρόσδεκτα μεῖναι τὰ δῶρα, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀποσόβησιν · ἡσυχῇ δ' ὅμως καὶ πραέως στένοντες καὶ δακρύοντες ὑποστρέφουσιν οἴκαδε · ἤδη γὰρ αὐτοῖς τὸ τοῦ κατὰ σάρκα ἀπογόνου Χριστοῦ κατηύγαζε θέλημα · Ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει · πάσχων, οὐκ ἠπείλει · οὐ καὶ διὰ Ἡσαΐου Βοῶντος πρότερον ἤκουον · Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω,

VII. Quid igitur? Num Deo accepti et sancti conjuges, Anna inquam et Joachim, arrogantiæ calumniatoris sui propriam opponunt eamque optimam causam? num tueri sese et commendare nituntur, cum potiori id jure præ illo possent, multa scilicet, quæ huc spectarent, præclara ad manum habentes? Nullatenus; sed acerbis sane amarisque doloribus in corde suo excruciantur, non tam ob illatum sibi probrum, quam quod oblata dona non fuissent suscepta, atque adeo etiam a Deo, prout videri poterat, rejicerentur. Tranquillo nihilominus mansuetoque gemitu ac fletu sese continentes domum revertuntur. Jam enim eorum mentibus illucescebat voluntas Christi ipsorum secundum carnem nepotis, *Qui cum malediceretur, non maledicebat* ;

[6*] Gen. XLIX, 4. [7] Ibid. 8 : *Juda, te laudabunt fratres tui ; manus tuæ in cervicibus inimicorum tuarum.* [8] Ibid. 4 : *Effusus es sicut aqua ; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* [9] Ibid. 10. [10] Isa. IX, 2 ; Matth. IV, 16. [11] Gen. XLIX, 10. [12] Ibid. 9. [13] Ibid. 11. [14] Ibid. 12. [15] Ibid. 11. [16] Ibid.

cum pateretur, non comminabatur [17]? quem et antea per Isaiam clamantem audiverant : *Ad quem respiciam, nisi ad mansuetum, et tranquillum, et trementem sermones meos* [18]?

A ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου ;

VIII. Cum vero domum reversi essent, ad Deum semet totos convertunt, ac reliquis omnibus votis posthabitis hoc unum ac solum ab eo efflagitant, ut sibi prolem largiatur, in memoriam ipsi revocantes, quanta ab initio mirabilia fecerit; quod sterilitate sublata liberorum patres effecerit ; quot omni spe gignendi prolem prorsus destitutos, propterea quod ad extremam devenissent senectutem, ipse exhibuerit, ut sic ex molesta quadam ac tristi conditione ad vitam lætitia plenam ac suavitate jucundissimam transferret.

Η'. Ἐπειδὴ ὑπέστρεψαν, ὅλους πρὸς Θεὸν ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσιν · καὶ πάντα λιπόντες, ἓν τοῦτο καὶ μόνον αἰτοῦσι, παῖδα αὐτοῖς χαρίσασθαι· ὑπομιμήσκοντος αὐτὸν ὅσα παραδόξως πεποίηκεν ἐξ ἀρχῆς, ὅσων τὴν στείρωσιν λύσας, παίδων πατέρας ἔφθηνε πεποίηκεν · ὅσους ἀπογνωσθέντας διὰ τὸ εἰς ἔσχατον γῆρας ἐληλακέναι, παρ' ἐλπίδας τεκνογονίας παρέσχετο · ὅπως ἐξ ὀδυνηρᾶς τινος καὶ κατηφοῦς διαθέσεως πρὸς εὐφροσύνης μετήγαγε βίον καὶ θυμηδίας ἀνάπλεων.

IX. Hunc in modum noctu diuque enixis ad Deum, qui justorum vota non despicit, precibus una cum jejuniis atque omni bono opere, incessanter insistunt; atque adjiciunt, si voti compotes fiant, Deo tribuenti se dono, quidquid accepissent, oblaturos. Exaudivit Deus, qui preces ratas habens *voluntatem timentium se facit* [19], et *prope est invocantibus illum in veritate* [20]. Et sane eos non genitores utcumque, sed genitoribus omnibus præstantiores efficit. Quanto enim reliquis omnibus liberis hæc ipsorum filia superexcelluit, tanto illi quibusvis genitoribus præcellentiores probantur. Et re quidem vera cum morti et corruptioni propter peccatum subacti, indigeremus, ut Deus carnem nostram assumeret ; oporteret autem, ut quæ tam admirandi operis administra foret, quippe quæ (proh mirum!) Dei mater futura erat, universos homines puritate antecelleret ; necesse profecto erat, ut parentes quoque ejusdem Deiparæ, utpote Dei, quæ ex illa nasciturus erat progenitores, aliis parentibus supereminerent. Neque enim res ferebat, ut aut alterius quam hujus illi parentes essent, aut aliorum quam istorum hæc filia nominaretur.

B Θ'. Οὕτω νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τῷ τῆς δεήσεως τῶν δικαίων Θεῷ εἰσακούοντι ἀδιαλείπτως μετὰ νηστειῶν καὶ πάσης εὐποιΐας, ταῖς ἀνενδότοις σχολάζουσι πρόσευχαῖς, καὶ προστιθέασιν, ὡς εἰ τοῦ αἰτουμένου τύχοιεν, προσάξωσι δῶρον τῷ δεδωκότι Θεῷ. Εἰσήκουσεν ὁ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων Θεὸς, ὁ τοῖς ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐγγίζων. Καὶ δὴ οὐχ ἁπλῶς γονεῖς, ἀλλ' ἁπάντων ὑπερέχοντας δείκνυσιν · ὅσῳ γὰρ τῶν ἄλλων παίδων ἡ τούτων ἀπογεγέννηται ὑπερανέστηκεν, τοσούτῳ τῶν γεννητόρων ἁπάντων οὗτοι γνωρίζονται προὔχοντες. Ἐπεὶ γὰρ ἐλεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου, διὰ τὴν ἁμαρτίαν θανάτῳ κατακριθέντες καὶ τῇ φθορᾷ, ἔδει δὲ τὴν τὸ τοιοῦτον μεγαλεῖον διακονήσασαν κρείττονα πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχειν εἰς καθαρότητα, ὡς γεννησομένην, ὦ τοῦ θαύματος ! Μητέρα Θεοῦ · ἔδει πάντως καὶ τοὺς ταύτης γεννήτορας Θεοτόκου, ὡς τῶν ἄλλων εἶναι κρείττονας, Θεοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθησομένου προπάτορας. Οὐ γὰρ ἄλλου ἐξῆν ἢ ταύτης εἶναι πατέρας ἐκείνους, οὐδὲ ταύτην ἄλλων θυγατέρα ἢ ἐκείνων ὀνομασθῆναι.

C

X. Hodie propterea universæ creaturæ gaudio gestiunt, et natura nostra laudis et gratiarum actionis voces ad Deum attollit, inquiens : Gratias tibi ago, Domine, quod me, quæ sterilis eram ac gignendi impos, ad sobolem procreandam excitasti : quod spinas, quibus germinandis damnata fueram, avellere a me cœpisti, et ad plantarum culturam per divinam Annam et Joachim me aptam effecisti. Gratias ago tibi, qui me castigasti, atque iterum hodie suscipis. Quid retribuam tibi, qui me ad pariendum in doloribus propter prævaricationem juste damnasti; ac deinde per hunc partum iterum fausta gaudii nuntia (mihi) præbes ? Nunc in Annæ utero ex edita rosa, Maria, inquam, meum, qui est ex corruptione, fetorem e medio tollit, suumque ipsa odorem tribuens, divinæ exsultationis participem me efficit. Per mulierem hucusque ipsa infelix, per mulierem modo beata effecta sum. Impleri enim cœpisse jam video, quæ de te per prophetas tuos prænuntiata sunt, perfectumque eorum exitum jamjam me visuram comperio.

D Ι'. Διὰ τοῦτο χαρᾶς τὰ σύμπαντα γέγηθε σήμερον, καὶ ἡ φύσις ἡμῶν χαριστηρίους προσφέρει φωνὰς τῷ Θεῷ · Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα, λέγουσα, ὅτι με στεῖραν οὖσαν καὶ ἄγονον πρὸς τεκνογονίαν διήγειρας · ὅτι μου τὰς τῆς κατακρίσεως ἀκάνθας κατεῖρεν ἀπήρξω, καὶ πρὸς φυτουργίαν διὰ τῆς θείας Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ καθωμάλισας. Εὐχαριστῶ σοι τῷ παιδεύσαντι καὶ πάλιν προσλαμβανομένῳ σήμερον. Τί ἀνταποδώσω σοι τῷ ἐν λύπαις με τίκτειν διὰ τὴν παράδοσιν κατακρίναντι, καὶ πάλιν με διὰ τοκετῶν χαρᾶς εὐαγγελιζομένῳ μηνύματα ; Νῦν ἐξ ἐμοῦ ῥόδον προφανὲν ἡ Μαριὰμ, ἐν νηδύϊ τῆς Ἄννης, τὴν ἐκ φθορᾶς μου δυσωδίαν ἐκ μέσου ποιεῖ, καὶ τὴν ἑαυτῆς εὐωδίαν διδοῦσα, θείας ἀγαλλιάσεως μεταδίδωσι · διὰ γυναικὸς μέχρι τοῦ νῦν ἀθλία ἐγώ · διὰ γυναικὸς ἄρτι μακαρία γεγένημαι. Ὁρῶ γὰρ τὰ διὰ τῶν σῶν περὶ σοῦ προφητῶν προλελεγμένα τελείσθαι ἀρχόμενα, καὶ τὸ τέλος τοφτων ὅσον οὔπω κατιδεῖν ἀπεκδέχομαι.

[17] I Petr. II, 23. [18] Isa. LXVI, 2. [19] Psalm. CXLIV, 19. [20] Ibid. 18.

ΙΑ'. Νῦν ἡ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν Παρθένος ἔξουσά σε τὸν Ἐμμανουὴλ καὶ τέξουσα, τῆς γῆς στείρας νηδὺν φυτεύεται· καὶ ἡ κούφη νεφέλη συνίσταται καὶ ἡ ῥάβδος ῥίζουται, ἐφ' ᾗ στηριχθήσομαι. Νῦν ἡ κατὰ ἀνατολὰς κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ βλέπουσα πύλη, καὶ σοὶ μόνῳ τηρουμένη πρὸς εἴσοδον, κατασκευάζεται· ἄρτι τὸ κατὰ τὸν Δανιὴλ ὄρος αὐξάνεται, ἐξ οὗ σὺ ὁ ἀλάξευτος λίθος τμηθείς, πάσας τὰς ἀντιπάλους σοι βασιλείας ἐκ μέσου ποιήσας, τὴν σὴν αἰώνιον δήλην ἀπεργάσειας ἅπασιν. Σήμερον τὸ ὄρος, ὃ εὐδοκήσεις κατὰ τὸν Δαβὶδ κατοικεῖν, ἐν γαστρὶ τῆς Ἄννης ἐπαίρεται, καὶ τὴν Δαβιδικὴν φυλὴν αὐξανομένην προδείκνυσιν ἅπασιν· σήμερον κατὰ τὸν μέγαν πατριάρχην πρὸς οὐρανὸν ἀπὸ γῆς ἡ κλίμαξ στηρίζεται, δι' ἧς ἐνωθήσῃ μοι καταβάς, καὶ πρὸς τὸν πατρικόν με θρόνον ἀναβιβάσεις τὴν ἔκπτωτον.

ΙΒ'. Χαίρετε, μετ' ἐμοῦ σήμερον, καὶ τῆς Ἄννης τῆς στείρας καὶ τοῦ μεγάλου Ἰωακεὶμ οἱ προπάτορες· ἡ ὑμῶν ἀνάκλησις ἤδη ἤγγικεν· ἡ ὑμῶν λύτρωσις πραγματεύεται· ἡ ὑμᾶς διὰ τοῦ ἑαυτῆς τοκετοῦ τῆς μακρᾶς καταδίκης ἐξάξουσα κτίζεται. Χαίρετε, ἅπαντες δίκαιοι· χαίρετε, πατριάρχαι καὶ προφῆται ἅπαντες· τὸ τοῦ γένος ἄνθος ἀνέτειλεν, τῶν ὑμετέρων προῤῥήσεων ἡ ἔκβασις ἤγγικεν· αἱ τῶν ἐπαγγελιῶν προθεσμίαι πεπλήρωνται· αἱ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ὑμῖν ἐκ Θεοῦ λαληθεῖσαι ὑποσχέσις πρὸς τὸ πέρας κατήντησαν· οὐκ ἔτι ἐν ἐλπίσι τὰ προσδεχόμενα, αὐταῖς ταῖς ὄψεσιν ὡς ὁρώμενα. Νῦν χαίρει καὶ ἡ οὐράνιος τῶν ἁγίων ἀγγέλων πληθύς· εἰσὶ γὰρ λίαν φιλάνθρωποι τὸν ἴδιον Δεσπότην μιμούμενοι. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσι, πῶς τῆς πάντων ἡμῶν ἀνακλήσεως οὐ χαρήσουσι τὰ προοίμια βλέποντες; πῶς τὸ καθαρώτατον τοῦ Δεσπότου καὶ Παμβασιλέως Χριστοῦ βλέποντες ἀνάκτορον, οὐκ ἀγαλλιάσονται κατασκευαζόμενον; πῶς τὸν φραγμὸν ὁρῶντες λυόμενον καὶ εἰς ἓν τὰ διεστῶτα συνερχόμενα, καὶ μίαν ποίμνην ἅπαντας γινομένους Χριστοῦ, οὐκ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν πληρωθήσονται;

ΙΓ'. Χαίρετε, καὶ αὐτὴ ἡ συζυγία ἡ πανθαύμαστος, ἡ πᾶσι σήμερον τὴν χαρὰν προξενήσασα. Χαίροις, Ἄννα, χάρις ἡ ἔνθεος· χαίροις, ἡ στείρα, ἡ πάντων τὸ γένος τῇ εὐπαιδίᾳ νικήσασα· χαίροις, ἡ ἄνικμος γῆ, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ παράδεισον καταρδεύσασα· χαίροις, ἡ ἄπαις διὰ τὴν στείρωσιν καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα βλαστήσασα· χαίροις, ἡ συλλαβοῦσα ἐν γαστρὶ τὴν συλλήψεσθαι μέλλουσαν τὸν κατέχοντα τὸ πᾶν τῇ δρακί· χαῖρε, τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς πλατυτέραν ἐν γαστρί σου χωρήσασα· χαῖρε, πασῶν ὑπερανεστηκυῖα μητέρων, ἄτερ τῆς σῆς θυγατρός· παρὰ ταύτης γὰρ μόνης τὰ πρῶτα φέρειν κεκώλυσαι· χαῖρε, τὴν ὄντως χαρὰν τῷ ἡμετέρῳ γένει γεννήσασα· χαίροις, ἡ ἐν νόμῳ καλῶς τῷ Θεῷ λειτουρ-

A XI. Nunc Virgo illa, quæ secundum Isaiæ oraculum te Emmanuel in utero habebit et pariet [21], in terræ sterilis (Annæ) sinu plantatur, et levis nubes [22] formatur, et radices agit virga [23] cui innitar. Nunc exstruitur porta illa quæ secundum Ezechielis oraculum ad orientem respicit [24], et cujus tibi uni servatur ingressus. Nunc exsurgit mons ille a Daniele prævisus [25], e quo delapsus, tu non excisus lapis, universis tibi repugnantibus regnis e medio sublatis, æternum regnum tuum omnibus manifestum exstrues. Hodie mons ille, *in quo* juxta Davidis vaticinium, tibi *beneplacitum erit inhabitare* [26], in Annæ utero attollitur, ac Davidicæ tribus nomen usque præclarius apud omnes efficit. Hodie secundum magnum illum
B patriarcham Jacob e terra ad cœlos scala firmatur [27], per quam descendens mihi unieris et me lapsam ad paternum thronum provehes.

XII. Congaudete nunc mecum, vos quoque, o sterilis Annæ et magni Joachim progenitores. Appropinquavit jam restauratio vestra: redemptio vestra jam ad opus deducitur: jam creatur ea, quæ partu suo a diuturna vos damnatione eripiet. Gaudete, justi omnes: gaudete, universi patriarchæ ac prophetæ: generis nostri flus ortus est: prope est vestrarum prædictionum exitus: præstituta promissionum tempora jam impleta sunt: quæ multifariam multisque modis Dei voce nobis promissa sunt, ad exitum suum jam adventarunt. Haud amplius mera spe continentur, quæ exspectabantur; sed oculis
C ipsis jam prope subjiciuntur. Lætatur nunc et cœlestis sanctorum angelorum multitudo, quippe qui Dominum suum imitantes, humanum genus impense diligunt. Sane si *gaudent super uno peccatore pœnitentiam agente* [28], quomodo non gaudebunt, restaurationis omnium nostrum initia intuentes? Quomodo non exsultabunt, purissimum Domini ac Regis omnium Christi palatium parari videntes? Quomodo jam disruptam cernentes sepem, atque adeo in unum coire quæ dissita erant, et universos in unum Christi gregem convenire, lætitia et gaudio supra quam dici cogitarique possit non replebuntur?

XIII. Gaudete et vos, conjuges plane admirandi, qui universis hodierna die gaudii auctores exstitistis. Gaude tu, Anna, cujus nomen cœlestem præfert
D gratiam: gaude, o sterilis, quæ universum genus fecunditate longe vicisti. Gaude, arida tellus, at quæ ipsum Dei paradisum irrigasti. Gaude, quæ, filiorum expers ob sterilitatem cum esses, nunc tandem Dei matrem progerminasti. Gaude, quæ in utero eam concepisti, quæ hoc universum pugillo continentem conceptura erat. Gaude, quæ (filiam) cœlo ac terra ampliorem utero tuo continuisti. Gaude, quæ matribus omnibus superemines præter filiam tuam; hæc enim una prohibet, ne prorsus inter omnes principem locum teneas. Gaude, quæ

[21] Isa. VII, 14. [22] Isa. XIX, 1. Deiparæ symbolum SS. Patres viderunt in nube illa, de qua Isaias: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum.* [23] Is. XI, 1. [24] Ezech. XLIV. 1, 2. [25] Dan. II, 34. [26] Psal. LXVII, 7. [27] Gen. XXVIII, 12. [28] Luc. XV, 10.

generi nostro verum genuisti gaudium. Salve, quæ in lege rite Deo servivisti, et ipsa utia gratia nomen habens, sic vicissim gratiam nobis induxisti. Salve, o Mater Matris Domini, et Christi avia, et omnium matrum ornamentum. Salve, quæ senectutis pondus et sterilitatis mœrorem exuisti, novamque stolam divinitus contextam per tuum partum induisti.

XIV. Tu quoque salve, o Joachim, juxtorum omnium gloriatio, et patrum singulare decus. Salve, o Genitor Genitricis Dei, et Dei ipsius avus augustissimus. Salve, qui dignus effectus es, ut eam ulnis tuis complectereris, quæ incomprehensibilem, Deum quippe, ulnis suis comprehendit. Salve, qui per filiam tuam ad æqualem cum angelis honorem evectus es. Salve, qui patres omnes terrenos antecellis. Salve, qui diuturnis ad Deum precibus sobolem consecutus es, quæ uno excepto ejus Filio ac Deo sobolem omnem... super excelluit. Salve, qui et secundum legem justissimus, et per gratiam, utpote hujus primitias consecutus per filiam tuam, sanctissimus fuisti.

Vos magno Abraham et Sara tanto præstantiores in generando fuistis, quanto germen vestrum præ Isaaco præcellentiorem honorem promeruit. Vos Rebecca ejusque conjuge nedum prolis præstantia sed et cæteris omnibus incomparabiliter eminentiores; neque enim, ut modo illum (Esau) improbitate famosum præteream silentio, cum Dei Matre eorum filius (Jacob) in comparationem venire potest. Vos et Jacobum multa sobole ex Lia et Rachele auctum, quantum nec fari licet, excessistis. Longe sublimiores fuistis Phenenna et Elcana, ac vestris ipsis cognatis Zacharia et Elisabeth, utpote qui in lucem protulistis eam, quæ Dominum universorum peperit.

XV. At vos, o Dei Genitricis parentes Deique progenitores sanctissimi, o dulcissimum naturæ nostræ solatium, o legis et gratiæ primitiæ sacratissimæ et augustæ, nobis omnibus pacificum rerum statum largimini! Frenum getium ferociæ imponite; earumque erectam in altum cervicem inclinate; elatum earum deprimite supercilium, quemque contra nos acuunt, gladium retundite. Deprecamini Christum, ut *levet manus in superbias eorum*[29], neque patiamini, ut nefaria eorum ac sanguinolenta manu tanquam fenum vastemur. Neque irruat rabie furens barbarus, clypeos, ensemque et arcus atque hastas contra nos intendens; nec ultra *supergaudeant nobis inimici nostri*[30]. Intuemini, quam multos, qualesque jaculis misere illi confoderint. Intuemini, quomodo innumerabilium sanguine effuso, insepultos eos pabulum bestiis terræ et cœli volucribus reliquerint, ac soli, et stellis, et hiemi, et æstati projecerint, iisque, qui reliqui sunt homines, miserum effusisque plorandum lacrymis spectaculum paraverint.

γήσασα, καὶ τὴν χάριν ὡς χάρις ἀντιπαρεισάξασα. Χαίροις, Μήτηρ τῆς τοῦ Δεσπότου Μητρὸς, καὶ προμήτωρ Χριστοῦ, καὶ μητέρων ἁπάντων τὸ σεμνολόγημα· χαίροις, ἡ τὸ γῆρας καὶ τῆς στειρώσεως ἄχθος ἀποθεμένη τῷ τόκῳ σου, καὶ νέαν ἐνδυσαμένη διὰ τοῦ τόκου σου στολὴν θεούφαντον.

ΙΔ'. Χαίροις καὶ αὐτὸς Ἰωακεὶμ, ἁπάντων δικαίων ἐγκαλλώπισμα, καὶ πατέρων ἐξαίρετον σεμνολόγημα. Χαίροις, ὁ Πατὴρ τῆς Μητρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ προπάτωρ τούτου σεβασμιώτατε· Χαίροις, ὁ καταξιωθεὶς κρατῆσαι χειρὶ τὴν κρατήσασαν τὸν ὡς Θεὸν μηδαμοῦ χωρητόν· χαίροις, ὁ πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ἀναβιβασθεὶς διὰ τῆς σῆς θυγατρός· χαίροις, ὁ πάντας ὑπερκοντίσας πατέρας τοὺς ἐπὶ γῆς· χαίροις, ὁ διὰ τῆς ἐμμόνου προσευχῆς πρὸς Θεὸν θυγατέρα πασῶν ἐξ αὐτοῦ καὶ Υἱῷ ὑπεραίρουσαν κληρωσάμενος, πλὴν καὶ μόνου τοῦ ταύτης Υἱοῦ καὶ Θεοῦ· χαίροις, ὁ ἐν νόμῳ δικαιότατος, καὶ ἐν τῇ χάριτι, ὡς καὶ τὰς ταύτης ἀρχὰς διὰ τῆς σῆς θυγατρὸς παρασχόμενος, ἁγιώτατος.

Ὑμεῖς τοῦ μεγάλου Ἀβραὰμ καὶ Σάρρας κατὰ τὴν γέννησιν κρείττονες, ὅσον τὸ ὑμέτερον γέννημα τοῦ Ἰσαὰκ τιμιώτερον· ὑμεῖς Ῥεβέκκας καὶ ταύτης συνεύνου κατὰ τὴν γέννησιν, καὶ τἄλλα ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενοι, ὅτι μηδὲ Μήτηρ Θεοῦ πρὸς τὸν ἐκείνων παῖδα συγκρίνεσθαι πέφυκεν· οὐ γὰρ ἐν τούτῳ τὸν ἐπὶ κακίᾳ κατατάξαιμι περιβόητον· ὑμεῖς Ἰακὼβ τὸν πολύπαιδα μετὰ Λίας καὶ Ῥαχήλ, ὅσον οὐδ' εἰπεῖν ἔστιν, ὑπερηλάσατε· ὑπέρτεροι κατέστητε καὶ ὄρα Φενάννας καὶ Ἐλκανᾶ, αὐτῶν τῶν ὑμῶν συγγενῶν Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, ὡς τὴν τὸν ἁπάντων Δεσπότην τετοκυῖαν γεννήσαντες.

ΙΕ'. Ἀλλ', ὦ πατέρες τῆς Θεοτόκου καὶ Θεοῦ προπάτορες ἁγιώτατοι, ὦ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ γλυκύτατον πρηγόρημα, ὦ νόμου καὶ χάριτος ἱερώτατε καὶ σεβάσμια ἀκροθίνια, νέμοιτε πᾶσιν ἡμῖν εἰρηναίαιν κατάστασιν! Παύσατε τὸ φρύαγμα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν εἰς ὕψος τούτων αἰρόμενον καταβάλλετε τίνοντα, καὶ τὴν ἐπηρμένην αὐτῶν ὀφρὺν κατασπάσατε, τὴν αὐτῶν καθ' ἡμῶν τεθηγμένην μάχαιραν ἀμβλύνατε· Ἐπᾶραι Χριστὸν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν ἱκετεύσατε, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐάσητε ἡμᾶς ληΐζεσθαι καθάπερ τινὰ χόρτον ὑπὸ τῆς ἀνοσίου καὶ μιαιφόνου αὐτῶν χειρός· μὴ λυσσῶν βάρβαρος ἐπέλθῃ καθ' ἡμῶν ἐπανατείνων ἀσπίδας καὶ μάχαιραν καὶ τόξα καὶ δόρατα· Καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡμῖν ἐπιχαρείησαν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν. Ὁρᾶτε ὅσους καὶ οἵους ἐλεεινῶς κατηλόντισαν· ἐρᾶτε ὡς ἀριθμοῦ κρειττόνων ἐχέαντες αἵματα, τοῖς θηρίοις τῆς γῆς καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ θοίνην ἀτάφους κατέλιπον καὶ ἡλίῳ καὶ ἄστροις, καὶ χειμῶνι καὶ θέρει, καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἀνθρώποις ἐλεεινὸν καὶ πολλῶν δακρύων ἄξιον προσέθηκαν θέαμα.

[29] Psal. LXXIII. 3. [30] Psal. XXXVII, 17.

Ἀλλὰ διεγέρθητε, σπεύσατε, κινήσατε πρὸς τὴν A πρεσβείαν τὴν ὑμῶν θυγατέρα, καὶ Μητέρα Θεοῦ· οὐ γὰρ παρόψεται γονέας καθικετεύοντας· ὁμοῦ δὲ πρὸς τὸν ταύτης Υἱὸν, καὶ Θεὸν, καὶ ὑμέτερον, τὸν κατὰ σάρκα, ἀπόγονον. Ἴσμεν γὰρ ὡς οὐδαμῶς Μητρὸς καὶ προπατόρων ἐκκρούσηται δίκην· ἀλλ' εἰσακούσεται καὶ σώσει ἡμας ἐκ τῶν ἐπεμβαινόντων ἡμῖν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πικρῶς δυσμενῶν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, εὐσταθὲς καὶ εἰρηνικὸν καὶ ἀτάραχον διατηρήσει λείψανον· ὅτι Θεὸς αὐτὸς ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ἐστὶν, καὶ αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

At exsurgite, festinate : filiam vestram ac Dei Mairem ad supplicandum pro nobis excitate(neque enim genitores deprecantes despiciet): atque una (intercedite) apud hujus Filium, ac Deum, vestrumque secundum carnem nepotem. Non enim, certo id scimus, Matris, avorumque preces repellet, sed exaudiet, nosque tuebitur ab hostibus visibilibus atque invisibilibus,qui nefario odio incensi acerbissime nobis insultant; quodque in posterum reliquum est vitæ nostræ, incolume, pacificum et a perturbationis vacuum conservabit.Quoniam ipse misericordiæ et benignitatis Deus est, et ipsum decet gloria omnis, honor et adoratio, cum coæterno ejus Patre,et cum sanctissimo et bono et vivificante ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM.

(Bolland. *Acta Sanctorum*, Januarii tom. II, p. 1125.)

Methone, clarissima Messeniorum in Peloponneso civitas, insignem sanctitate episcopum sæculo Christiano nono Athanasium habuit. Is Catanæ in Sicilia natus natus, insula a Saracenis, Michaele Balbo imperante, circiter annum Christi 827 occupata, in Peloponnesum cum parentibus adolescens profugit. De eo Octavius Cajetanus noster in Idea operis de SS. Siciliæ 29 Julii ita scribit : *Catanæ commemoratio sancti Athanasii Catanensis, Methones episcopi et confessoris.* Cajetanum sequitur Ferrarius, nec alio die ejus meminerunt. Agi Catanæ illius natalem pridie Kalend. Februarii significavit nobis Franciscus Blanditius noster; qui et illius Vitam a Petro Siculo Argivorum episcopo scriptam, e mss. codicibus magni monasterii Sancti Salvatoris ordinis Sancti Basilii Messanæ, Latine a se versam, nobis transmisit : monuitque hunc illum videri Petrum Siculum esse, qui anno 2 Basilii Macedonis, Christi 868, Tibricam Armeniæ civitatem pro captivorum permutatione legatus, novemque isthic menses moratus, scripsit de Manichæorum, quos isthic didicit, erroribus librum, qui a Matthæo Radero nostro Latine versus, exstat t. IX. *Bibliothecæ PP.* Meminit hujus Petri Baronius ad an. 870, num. 62. Hanc Vitam in capita, more nostro, distribuimus.

PETRI SICULI, ARGORUM EPISCOPI,

ORATIO FUNEBRIS IN S. ATHANASIUM, METHONES EPISCOPUM.

Interprete Francisco Blanditio Societatis Jesu.

Cap. I. — *Exordium et Propositio.*

1.Qui heroicarum virtutum splendore vitam illustrarunt suam,seseque ab omni fæculenta,humique repente vitiositate secreverunt,atque ad divinum cœlesteque illud fastigium sustulerunt, congruum est beatos judicare, laudumque præconiis eorum ornare; si quid aliud eorum inferioris ordinis, quæ vulgo bona existimantur: quæ cum facillimum B ad utramque partem habeant momentum,commutantur secundum uentium propensionem, eosque ad sui delectationem traducunt. Sic enim incrementum capiet virtus eorum, qui eam sectantur, quos admiratio consequitur : atque ejus luminum splendores disseminati per auditorum aures cum fausta acclamatione, ad eamdem virtutem capessendam diligentes ac vigiles animos exstimulant:

vitium autem exsulabit, atque omnino despectum odio habebitur, si cum virtute conferatur; de loco etiam, veluti nocturnæ tenebræ diurnis splendoribus, illi concedet. Hujusce rei gratia vel ipse Christus Dominus humanæ reparator naturæ, ac solertissimus moderator eos viros (ut liquido suadet Evangelium) in album refert beatorum. Quamobrem et eos, qui Christum ipsum imitari student, pro virili parte laudibus prosequi debemus, utpote digna talis capitis membra, dignasque tali prototypo imagines, quasique munusculum animo quamvis inopi offerre, atque orationem habere commendatitiam.

2. Sed hisce me de causis excitans vereor, ne mihi audaciæ inuratur nota, dum laudare gestio Athanassium, qui cognominem habuit immortalitatem (1). Tamen cum tantus ac talis sit, ejusdem bona tacere, atque utilitatem, quæ ab eo capi posset, haud quaquam decet compressis labris occultare, ne illi persimilis appearem, qui creditum sibi talentum per vanos timores celatum humo male commendavit. Atque alius quidem inter rhetores dicendi industria expolitus, qui nolit sese intra encomiorum fines continere, ex hisce laudibus, quas subjiciam, famosissimum hunc virum poterit pro dignitate celebrare. Quare de ejus luce vitæ, splendoreque natalium, de optima corporis constitutione, de florida puraque sermonum suavitate, et præ omnibus, sapientium more brevitatem affectans, de gradibus dignitatum, et his similibus commodis eloqueretur : ut hisce enumeratis, quasi prius sparsis hujusmodi oblectamentis, sibi apud auditores benevolentiam conciliet. Nobis vero, qui, sicut pleraque alia vitæ ejus illustria, etiam hæc consulto præterimus, cum sola ac sincera veritas arrideat, cordique sint præclare facta, quæ orationi nostræ fidem faciant, quoquo modo hæc dabitur excusatio, cum probe noverimus nec illis ipsis, qui totius vitæ cursum dicendo, novaque semper audiendo exercuerunt, facile esse verbis assequi dignitatem ejus, qui nobis laudandus proponitur. Sed vero mihi contumaciæ crimen ac multam juxta metuenti, atque elationis humilitatem fugienti, quæ vel reipsa serpat, vel nutriri apud me existimetur, parcendum omnino si quid supra vires aggrediar : etenim non modo divites, sed egeni etiam jubemur dilargiri petentibus, quandoquidem vicissim non ingentium dignitatum ac munerum, sed promptæ voluntatis præmia a largitore Deo conferuntur. Quocirca ejus potentia fretus, qui ad primum oris hiatum facundiam sudministrat, ad solidas illustris divinique viri laudes, qui me etiam invitat, oratione complectendas morem gerens accessi.

CAP. II. — *Sancti Athanasii ortus, exsilium, vita monastica.*

3. Patria igitur hujus, qui nunc mihi laudandus est, beati Patris Athanasii, prima quidem ac vera, illa est cœlestis, ubi una cum sanctis ab æternitate fuerat adscriptus, et a teneris unguiculis ab electione non excidit : altera vero patria, tantum a prima distans, quantum a veritatis luce caligo tenebrarum, vanaque simulacra rerum, Catana quidem urbs præclara in Sicilia excellens in primis. Igitur in præsenti si omnia eximia vellem recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aeris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium ac sterilium arborum silvas, frequentem virorum sapientia, prudentia, fortitudine, justitiaque illustrium multitudinem, ab incepto intempestive digrederer : quemadmodum longe celeberrimam Virginem Agatham martyrem (2), quæ ea in urbe et nata et educata, et cruciatibus affecta est propter Christum, quæque ut sacrosanctæ sui corporis reliquiæ ibidem conquiescerent gratum acceptumque habuit : quas quidem igneri torrentes ex superimpendente Ætna defluentes præter omnium exspectationem venerabundi sunt reveriti; quinimo (sicut priscis temporibus pium illud, Deoque gratum onus, id est, parentes senio confectos humeris filiorum, Amphinomi (3), inquam, et Anapiæ, grato animo ferentium impositos venerati) retro properare sunt jussi. De ipsa quoque Ætna ignem, et sulphureum fumum, ac nidorem eructante, piceasque flammas, et crassos nigrores de summis faucibus evomente, necnon et horrendos fragores, bombosque valde immoderatos promente (dabitur quippe his admirabile scrutinium) si orationem tenere velimus, ab instituto egredi videremur. Et quidem si is, qui nobis nunc laudatur Athanasius, alterius patriæ amoribus incensus mortalem hanc ut exsilium contempsit, ideoque beatum finem, ubi prima nobis domus, ac lætantium omnium habitatio, sortitus

(1) Idem infra repetit n. 6, Ἀθανασία, *immortalitas*.

(2) De S. Agathæ patria dissertatio est ad illius Acta 5 Febr.

(3) «Amphinomus et Anapius patrem et matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt,» inquit lib. v, cap. 4 Valerius Maximus. Strabo lib. VI, Ἀμφίνομον καὶ Ἀνάπιαν *vocat*. De his Solinus, cap. 5 : « Inter Catinam et Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diversæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapius fuit et Amphinomus : si quod malunt Syracusæ, Emantiam putabimus et Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in quam se cum Ætnæ incendia protulissent, juvenes duo sublatos parentes evexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulcri locus nomineretur Campus piorum.» De his Seneca, lib. III, *De beneficiis*, cap. 37 : « Videre siculi juvenes, cum Ætna majore vi peragitata, in urbes, in agros, in magnam insulæ partem, effudisset incendium, vexerunt parentes suos : decessisse creditum est ignes, et utrinque flamma recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent juvenes dignissimi qui magna tuto auderent.» Celebrant eos et alii, ac fere Anapim appellant, qui hiç Anapias est.

est; qui fieri potest, ut quam despicere optimum A factu censuit, ex eadem nunc deductis laudibus oblectetur ?

4. Itaque ex hujus patriæ ruinis, atque occasu veluti quidam phosphorus exoriens, parentes suos æque religiosos ac Deo amicos inde a puero declaravit, cum ab iis filium Christo pie offerentibus, primumque fructum producentibus, optime per totius vitæ cursum fuerit Athanasius enutritus ad obsequium divinum. Quid autem refert singula eorum præclare facta recensere, cum ex fructu arborem admirari probe cognoscamus? Declararunt etenim celsum ac generosum animi sui robur vehementes obortæ contra eos tentationes, quasi procellosæ tempestates et grandines, sed minime illud labefactantes. Sicut enim fornax probat aurum; B venti autem, et pluviæ, et grandines, et torrentes probant ædium fundamenta; ita inopinæ calamitates vel firmum ac munitum, vel imbecillum ac detritum animum detegunt: Ismaelitarum enim atque Agarenorum Barbara gens, per quam (sic nostris promerentibus peccatis) Sicilia insula devastata est, pœnas a nobis de prævaricationibus quasi carnifex exigens (siquidem Deo non ut patri obedivimus, neque facilem eidem vocanti cervicem inclinavimus) multas quidem diripuit civitates ac vastavit; earumque cives cum finitimis accolis, alios quidem amarissimo mortis genere, qua gladio, qua fame delevit, marique submersos suffocavit; hos autem gravissimis molestiis, ac vinculis damnavit; et alios procul a nutrice terra miserum in modum aufu- C gere, et per exteras nationes coegit divagari.

5. Hisce tempestatibus Athanasii parentes una cum communi filio domesticis rebus valedicentes (neque enim poterant siccis oculis intueri hinc Christi ovile, gentem sanctam, et regale sacerdotium male habitum ab impiis, inde hos superbe despicientes, nostrasque calamitates deridentes, ut in injuriam rerum omnium conditoris Dei quas percusso fœdere exterminarent perfectum populum Christianum, utque nulla ejus memoria remaneret) in antiquam Peloponnesi Patrarum (4) urbem commigrarunt : ubi olim qui primus ad apostolatum vocatus fuerat Andreas (qui et Petrum germanum fratrem, et illlus beatæ phalangis jam futurum principem advocavit ad Christum, qui se prius advocaverat) post longum evangelicæ prædicationis D cursum, felicissimum vitæ finem actus in crucem consecutus est, ipsum quoque Dominum in morte, sicut etiam aliis in rebus omnibus, imitatus. Audiverant quippe Athanasii parentes divinum illud Abrahami patriarchæ oraculum, patriam terram, propriam domum, et cognationem sibi relinquentibus eo loci commigrandum. Quid vero in hisce ? aliquane hæsitatione, aut ingrati animi vitio fuerunt perculsi, aut adversus divina judicia murmurarunt, quod non condigne, atque eorum totius anteactæ vitæ mores promerebantur, indigna paterentur ? minime vero: imo vero etiam ex iis, quæ in nostra potestate non sunt, quod solum placere Deo arbitrabantur, illud unum sequebantur.

6. Eorum vero filius, qui ab immortalitate deduxit nomen, divini amoris incendio cor habens inflammatum, pene immemor ærumnarum, quibus obsidebatur, ad præclariora facinora aggrediebatur. Etenim firmus ac stabilis animus Athanasii, et ab omni perturbationum sorde expiatus non ad jam collectum, sed ad reliquum virtutum thesaurum oculos adjiciebat. Illud etiam in seipso exsequi studebat, ut quæ retro essent ex magni Apostoli Pauli sensu oblivisceretur [1], et ad ea, quæ ante oculos essent sita, nunquam non aspiraret: atque identidem tametsi terreno adhuc pulvere involutus, ac terrena perlustrans, ad cœlum contendebat evolare. Monastico igitur jugo collum subjungit, quod cum a mundano strepitu, et intempestivis negotiorum vorticibus emancipat, tum suos candidatos in expeditam a rebus omnibus tranquillamque vitam, velut in portum undequaque tutum, adducere consuevit. Itaque rebus omnibus caducis, ipsis quoque parentibus valere jussis, ut remotis arbitris una cum Deo communicaret, cum eoque assidue versando divini particeps amoris fieret, illi operam dando contemplationi, quod Dominus ipse est Deus, inter primos huic vitæ operam navantes plusquam secundas tulit, tametsi esset ætate adolescentulus. Etenim præter asceticas exercitationes, cum a mundanis negotiis abhorreret, simul cum iis, qui in desertis agebant, jucundissimam Deo operam dabat. Hoc enim laboriosum vitæ institutum, quasi jugum ferre a prima ætate, ac per solitudines vivere, mirum quantum exoptabat?

Cap. III — *Monasterii præfectura.— Episcopatus.*

7. Diutius ergo ad vitæ genus callentem, atque luctam obeuntem non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, contraque spiritualia nequitiæ, conspiciens ille, qui inibi monachorum erat Antistes (fortiter enim ac strenue, et ex monasticæ legis instituto in arenam descendebat, et ad supernæ vocationis bravium quam celerrimo cursu, meritoque assequendum festinabat), collegio monachorum præfecit Athanasium. Cui quamvis recusanti, ut ne qua ratione sollicitudo circa illos cogitationem ejus ex altissima contemplatione avocaret, præfecturam tamen detulit. Non onim æquum erat multo tempore stabilitam spectatamque probitatem consenescere otiosam et im-

[1] Philipp. III, 13.

(4) Patræ, Πάτραι, urbs celebris Achaiæ proprie dictæ in Peloponneso, ubi, ut hic dicitur martyrium subiit S. Andreas apostolus.

munificam. cumque iis, quibus opus erat, haud quaquam communicari. Etenim qui divitiarum copiam caducarum restricta tenacitate apud se retinet, neque eam in egenos diffundit, fons item aquas haurire negans sitientibus, ipsa quoque tellus suis celans arcanis adytis thesauros, non perinde sunt vituperabiles, atque is qui apud sese spiritales divitias celat, neque aliis impertitur : siquidem non tam sibi quisque, quam aliis percepit charismata gratis a Deo collata. Ideoque Christus Dominus dixit : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [2].

8. Ubi vero majores in Athanasio divitiarum cœlestium accessiones fieri perspexit, quæ compluribus locupletandis satis superque essent, ejusque splendorem idoneum ad illustrandos sibi adjungentes, post omnes honorum Ecclesiæ gradus rite citraque cujuspiam contentionem conscensos, eum ad summum archiepiscopalis dignitatis apicem sustollere decrevit, ut ex editiore veluti specula plurimos dirigendo, eis veritatis vium demonstraret, et per eam dispulsis tenebris, citraque offendiculum, veluti clara luce incedentes erudiret. Neque enim fas erat exiguis anguli angustiis magnam occultare facem, neque perenni ingentium fluminum inundatione pomariolum hortulumve exiguum irrigare. Quamobrem Methonensis Ecclesiæ cathedam ingressus (ea vero est clarissima Messeniorum civitas in Peloponneso) multis illam, ut diligentissimus agricola, Christianæ pietatis plantis consitam reddidit fœcundiorem, atque adeo ad maturos jucundosque fructus procreandos perennibus suæ doctrinæ irrigationibus, nec non ad delicias, et amores rerum omnium Domino adornavit. Non enim turpi otio ac desidia languens, ut quis alius mercede conductus, assignatum sibi pensum explevit; sed ut bonus pastor Domini sui oves existimans quasi suas peculiares, vitam periculis exponere, cum res tempusque postularet, nihil sane verebatur. Quapropter in adversis casibus præcedebat reliquos, in periculosis propinabat, et ægrotantibus medicus inveniebatur peritissimus, nudis item tegumentum, nutrimentum famelicis, mœstis consolatio, dolore exanimatis voluptas : atque, ut summatim complectar, spectandus erat pater orphanis, viduis patronus, nulloque habito delectu, omnibus omnia factus, ut plurimos Christo lucrifaceret. Quis autem commemorat nocturnas ac longas pervigilationes propter eos? assiduos labores ac sollicitudines, ne qua de suis ovibus ferarum præda interiret, neu qua (evangelicæ prædicationis tuba non canente) diabolico transfigeretur telo, atque abs se tandem, cujus fidei gregem crediderat, jugulatarum ovium sanguinis rationem repeteret Deus? neque noster Athanasius aliquis ex iis consendus erat qui pinguia mactarent, fortiora divenderent, vellera induerent ut sanctus propheta loquitur [3]), quique dicerent, *Benedictus sit Dominus, divites facti sumus* ; sed vero ex iis, qui infirmos corroborarent, excitarent prostratos, debiles ac mancos colligarent, et ad currendum exstimularent, animumque et vires sufficerent.

9. Agebat vero is dignitatem episcopalem non animi gratia, sed majorum causa certaminum ac laborum, quam superiore vita exantlanverat, sicut multo plures in fidem suam administrationemque susceperat : ideoque non verbis solis eos, quibus opus erat, erudiebat, sed exemplo multo magis ad ea quæ fuerat cohortatus trahebat. Et quidem illustrium virtutum partes ita recte egit, itaque subsequentibus eas reliquis usus est, ut nullo modo præ exsuperantia vel defectu contra illas pugnantibus, de regia rectaque illarum via deflectere, vel præfixos terminos unquam transilire visus sit. Et primo quidem menti, ubi vis consilii inest, eos addidit prudentiæ nervos, ut omnes illius motus in Deum evehere exoptaret. Eam deinde animi partem, quæ voluptate capitur, temperantiæ frenis moderatam, facili negotio ut a terrenis ad cœlestia subvolaret condocefecit : atque illuc omne suum desiderium ita traduxit, ut quasi ad res caducas, earumque amorem, qui ab imperitis innatus censetur, non natus esse, sed potius hac ex parte mortuus Athanasius videretur. Robore quoque animi eatenus iracundiam edomuit, quoad dimicaret contra serpentis astutiam, unde ad nos mortis venenum pervasit ; quod etiam adversus malas perturbationum appetitiones, easque suggerentes cacodæmonas audacter castrametaretur, strenueque manus consereret. Tum si quid modum excederet, atque in vitæ partibus adulterinum censeretur, per justitiam resecuit, æquabilemque distributionem dividens omnibus, corpori, inquam, et animo opportuna tempestive subministrabat. Servabat vero ita firmum librile inter illud justitiæ lances interpositum jugum, ut ne tantillum quidem nutaret : atque ideo justum omnibus sententiæ suæ tulit suffragium, violentique commercii fraudes dissolvit. Itaque cadentibus fuit levatio, stantibus fulcimentum, uberrima omnibus ærumnosis liberalitas, corpore vel animo claudicantibus idem pes fuit et sustentaculum. Hominibus de via, secundum divinum Jobum [4], suæ domus fores patebant omnibus. nudorum humeros vestimenta ab Athanasio distributa ad vitam tu.andam, mirum quantum fovebant.

Cap. IV. — *Efficaces ad suos exhortationes.*

10. Quas ob res a Deo tandem sortitus est gloriam sempiternam, communi omnium testimonio jam comprobatus unus inter omnes sine cujuspiam querimonia justus et verax. Atque eos qui superbam cervicem in altum efferrent, suavique Christi jugo nollent subjugare, magna cum prudentia con-

[2] Matth. v, 16. [3] Ezech. xxxiv, 1 seqq. [4] Job. xxxi, 32.

vincebat, qua exemplis, qua adhortationibus, qua etiam idoneis objurgationibus, nunc terrifica oratione delineans horribilis judicii tribunal, severissimam in throno sedentis Judicis æquitatem, acerbissimas pœnarum dissolutiones ab omnibus pro suis cujusque meritis exigentem : ipsas quoque angelicas mentes torvis ardentibusque oculis descipientes, neque miserantes vicem hominum æternis ignibus mancipatorum, eo quia tempus non pœnitentiæ, sed remunerationis advenisset. His igitur alloquiis complures ad bonam frugem correxit, in suaque coegit retia, itaque ad mensam Christi, cui in pretio ac deliciis est salus hominum, veluti opiparum obsonium transmisit. Sic igitur attributum sibi talentum multo pluribus adaugens Athanasius, vir jam spectatæ fidelitatis, multarum urbium obtinuit principatum : sic in Domini sui gaudium est ingressus [5], cum sese suæque curæ commissos filios intaminatos atque innocuos exhibuisset.

11. Ea propter gloriosos honores a Deo est consecutus, omnesque suppeditatam sibi bonorum affluentiam concelebrant mortales, insolitos utilitatis fructus ex una ejus memoria decerpentes. Sicut enim cogitatio et collocutio rerum sua natura vetitarum auditoribus pariter, pariterque colloquentibus, nec non etiam cogitantibus identidem nocuit: sic e contrario bonarum rerum commemoratio non mediocres conciliavit utilitates. Itaque docens, et faciens (ut divinum inquit oraculum [6]), fecit omnes docibiles Dei, atque perspicaces ad discernendum bonum a malo, honestum a turpi. Non quemadmodum Zamolxes et Anacharsis olim, quorum quamvis barbororum sapientiam Græci admirantes suspexerunt : neque etiam ut apud Spartiatas legumlator Lycurgus, Mnesion apud Argivos, apud Pylios Nestor, cujus sermonem melle dulciorem edixit Homerus; non demum uti legum sanctores Solon et Clistenes apud Athenienses : qui sane omnes non modo finitimis Græciæ populis ut suas reciperent leges, earumque præscripto viverent, non suaserunt; sed ne illis quidem, apud quos leges tulerant, ut ad finem usque retinerent. Nunc etenim, cum easdem illorum leges velleribus coronarint, aut unguento velut hirundines perlinierint, nequaquam eas audire patiuntur. Sed vero Christi Domini, ejusque perpessionum leges suo ferens gregi, effusa admodum cum lætitia complecti, et illæsas ad finem usque vitæ custodire persuasit noster Athanasius. Vir enim vere beatus, quippe qui non rudem, et Deo servire aggredentium, sed perfectum ibi comparaverat divinum timorem : etenim vehementi Christum amore prosequebatur. Cujus propria rei nota, nobisque fide dignum esto argumentum, diligentissima in proprios greges vigilantia ac providentia, quam unam præ multis virtutum formis, Petrum interrogans Christus Dominus, in eo præoptavit [7], eamque aggrediendam præ reliquis discipulo sui amantissimo, jamjam Christianæ rei imperium capessenti, proposuit.

12. Operam etiam dabat Athanasius secundum Prophetæ oraculum [8], ut in divinis præceptis non quod esset satis, sed vere nimium ac summum concupisceret: ideoque in cœlestium mandatorum terra permansit semen ejus, sive id exstiterit sermo præceptoris in auditorum atque intuentium cordis agro per admirabilia opera disseminatus; sive etiam ii, qui ab eo quasi concepti, in lucem editi, atque educati genuinos seminantis se filios reipsa comprobarent. Omnino gloria, maximæque divitiæ in demo ejus, in Ecclesia, inquam, cum ejus item justitia in æternum perseveret : non vacuus, inquam, gloriolæ inanis tumor et quasi inflata aquarum bulla quæ ocissime evanescit : neque etiam illæ divitiæ, quæ in cœleste regnum contendentibus reluctantur quæ suis amatoribus sexcentas calamitates conciliat quæ in laqueos et insidias diaboli impellunt eos, qui effrenata quadam cupiditate insaturabiliter se illis volunt manciqare : non demum illæ scelerum expeditæ administræ, quæ abunde materiam illorum suggerunt incendiis : sed illa, illa quidem gloria, quæ beatis angelorum mentibus pares honorum dignitate præstat; quæ ter sanctum Deum inter sanctos degentem nobis quantumvis in terra vexatis, sancte tamen venerantibus, conciliat; quæ præsens est pignus cœlestis gloriæ sanctorum; quæ nostra mortalium præcordia eo complet gandio, ut inde lætitiæ immortalis cumulus redundet: Divitiæ demum non inanes, quas nec fures, nec latrones effodiunt.

Cap. V. — *Heroïcæ virtutes. — Miracula.*

18. Beatus, et re quidem vera sanctus Athanasius : etenim is, neque in concilio impiorum unquam versatus est, neque in blaterantium obscœna, turpiave perpetrantium cathedra consedit [9]; sed tanquam immortalis arbor sata secus irriguum Christi Salvatoris profluentem, quem hic de ventre in se credentium emanaturum pollicitus est. Nullus in ore ejus dolus inveniebatur, sed sola Dei eloquia, in quibus sanctissimum sibi quoddam hospitium secreverat. Visus etiam est ter ille felicissimus, sicut mons Sion, qui habitat in nova Jerusalem, non enim commovebitur in æternum [10]; oculosque ad Deum attolens non tardum inde sensit auxilium. Quapropter quæ gaudia, atque hodiernæ lucis lætitiæ proponuntur, iisdem non ad breve tempus, sed immortaliter hic frequens auditorum numerus oblectetur : quippe quæ cum animos voluptate quadam perfundant, ad divinitatem ex Athanasii imitatione sustollunt. Eo quia etiam is adhuc mortalitatis pulvere obductus, ad hoc virtutis fastigium, tanquam procera, comataque arbor,

5 Matth. xxv, 21. 6 Joan. vi, 45. 7 Joan. xxi, 20. 8 Psal. cxi, 1. 9 Psal. i, 1 seqq. 10 Psal. cxxiv, 1.

pervenit, ad eos respiciens, qui Deo fuerant gratiosi, atque eorum vitæ exemplis, quasi luce quanam sibi viam gradiendo constravit.

14. Quis enim Athanasii hospitalitatem, fidei quoque inimitabilem puritatem intuendo, sibi patriarcham Abrahamum videre non videatur? quis constantem ejus tolerantiam, atque in rebus omnibus, quas destinarat Deus, tractabilem facilitatem considerans, alterum Isaacum oculis cernere sibi non persudeat? Quis in adversis casibus ejus animi magnitudinem ac soliditatem, morumitem sine fuco et fallaciis integritatem attendens, Jacob sibi jam adesse non opinetur? Quis in Athanasio Josephi temperantiam, modestiam et injuriarum tolerantiam, a fratribus odio se prosequentibus ac divendentibus gratiam inire studentis, ante oculos habere non censeret? Quis ejus minime abjectum, sed vere generosum animum in occursantium ærumnarum repentinis molestiis patiendis perpendens, invictissimi Jobi imaginem ob oculos sibi obversari non diceret? Moysis etiam et Aaron placabilitatem, mores citra reprehensionem mites, divinumque eorum contamplationem, mortales rapientem sublimes, imitabatur. Justam quoque Phinees indignationem æmulabatur, non ferreo pugione legum violatores confodientem, sed nunc asperis et severis mulcentem, nunc mollibus et blandis alloquiis coercentem, scelerum cursus, et injuriosos in obvia quæque impetus. Verum enim vero eum se præstitit, qui nec dehiscentem terram efficeret sepulcra eorum, qui in sacrosanctum sacerdotium audacter petulanterque per superbiam efferebantur; nec flammis addiceretur quod impius legum violator abstulerat; hujusmodi enim prodigia id ætatis exposcebat. Sed vero hominem quemdam similia patrantem Athanasius suarum precum vi insensibilibus solum viduavit capillamentis, quæ quidem corpori ex superfluitate adnascuntur, neque cum adsunt ad humanæ essentiæ faciunt constitutionem, neque ablata nocent: sed cum piaculare nefas audaculo ac temerario solum indicent, ad pœnitendum adigunt, et ad nefarii sceleris fugam, et vitii succrescentis tonsuram.

15. Imitandam etiam suscepit Davidis malorum atque injuriarum perpessionem, et eximiam erga Deum pietatem: qua de causa non modo in cacodæmonas eccinuit, sed in eas, quæ, iisdem suggerentibus, exstimulantur magisque efferantur, animi perturbationes. Atque horum facinorum testes sunt complures, quorum quidem aliquot, dum adhuc superviveret, curavit, bonæque valetudini restituit Athanasius: aliquot etiam, qui ardenti cum fide ac de siderio accesserunt ad ejus sepulcrum, cum jam ad Christum, quem desideraverat, transmigrasset, propter quem exoptaverat corporeis vinculis exsolvi, uti liberius ac sanctius illi convivens ejusdem contemplatione frueretur. Eliæ atque Elisæi asceticam duramque vitæ rationem, zelum quoque, sed non ignes exspirantem, est imitatus, neque etiam flammas de superiore loco deducens, impiosque cœlestibus incendiis comburens: neque injuriosis contumeliis conviciantes exhibens epulum feris sanguinariis (nam etiam hæc antiqua illa exposcebat ætas, Deo vulneribus curandis severiora remedia adhibente), sed gravibus, quæ talem decebant doctorem, alloquiis, divinæ sapientiæ sale conditis, vitæque innoxiæ consonis, complures facinorosos ad bonam frugem corrigens: novit enim more Christi Domini pacificare eos qui sunt Spiritus filii[11]. Fuit etiam vir, beatum Danielem secutus[12], spiritalium desideriorum, viriliter corporeis illecebris obsistens, et sola divina deperiens, in quibus Deum manifestius inveniret. Idem quoque trium exemplo adolescentum apud Babylonem corporearum flammas voluptatum, veluti sopitas jam favillas despiciens, et subinde reviviscens incendium de subito conculcavit, ne qua ratione sibi in corde hujusmodi imagines immorarentur, ipsorumque lethifera contagiosaque idola venerari Athanasius videretur.

16. Quod si sanctissimi illius Joannis (quo nemo inter natos mulierum surrexit major, qui primum vivens apud vivos, deinde mortuus apud inferos verus Christi prodromus præcucurrit, quivenientem Salvatorem et liberatorem edixit, et in Jordane abluit illum, qui peccatorum nostrorum labes ibidem demersit) expressam imaginem, vivamque effigiem desideres intueri; tibi ponas, quæso, ob oculos fluxarum terrenarumque rerum despicientiam, cibi sobrietatem, uberem dicendi libertatem, mentem nullis perturbationibus obnoxiam; quomodo in primates ac dynastas invectus eos redargueret, quod sacrosanctæ Dei leges posthabitæ jam submoverentur, atque etiam conculcarentur. Attendas etiam adhortationes ad pœnitentiam, et indicantem digito Christum ab illo baptizatum, iterum venturum ad omnes judicandos, ac pro suis cujusque meritis condignas vices repensurum. Quod si Christi discipulorum vestigium aliquod expetat quis adinvenire, pergat is, ac speculetur; spectabitque in Athanasio totius vitæ aspernationem, ut Christum lucrifaciens inveniret: intentam quoque in Evangelii prædicatione sollicitudinem, in turbulentis rerum eventibus animi magnitudinem, familiaritatem cum Christo memoriæ beneficio assiduam; ut inde nullo modo abstrahi posset, vel avocari: spectabit etiam illum Christi crucem toto vitæ tempore bajulantem, Christoque famulantem, ac vestigia sequentem, reliqua vero omnia existimantem retrimenta et quisquilias. Apostolorum igitur vitam imitatus Athanasius, adeo ex eorum architypo vivam imaginem in seipso ad amussim effinxit, ut si quis intueri vellet singulorum characteres, attantius dispiciendo, nihil fere

[11] Matth. v. [12] Dan. ix, 23.

dissimiles, sed omnino veros atque ipsissimos inveniret.

Cap. VI. — *Extrema suis data monita.*

17. Sed tandem aliquando venit ejus profectionis tempus; neque enim alio censemus nomine ejus vitæ exitum appellandum, quam reditus in patriam ab exilio. Et quidem de seipso nonnulla obtestanti aderant complures graviter affecti, ejusque sejunctionem quasi summam jacturam lamentantes : audiebant vero illum vili lectulo jacentem, nequequod ad divitiarum thesauros attinet statuentem, neque auri argentique copiam tutoribus relinquentem, quorum egestatem, sicut alii adeptionem, ille magno studio consectatus fuerat : nec terræ jugera, arborum silvas, vineas, greges, armentaque, a quibus, quoad vixit super terram, quam maxime is fuit alienus : sed ea, de quibus semper disputavit, quandoque propter morbi molestias concise recensentem (homo enim erat, quanquam magni animi ejus celsitudo humilitatem corpusculi superabat) : Operæ pretium esset, inquiens, in meipsum conversum de præsenti solum digressu ab hac vita pensitare, et formidabile atque horrendum jussum capessere, quique meam suscepturi sint animam, et quonam locorum sit mihi iter faciendum, hostes etiam infestos in insidiis semper locatos, viamque nobis tanquam latrones ac prædones præpedientes, cogitare : sed quoniam et mea, et vestra commoda, ut semper, nunc etiam vehementer desidero, hoc enim divinæ legespræscribunt, quæcumque permittit indulgentia temporis, et quod reliquum est vitæ, etiam nunc eloquar. Ego equidem, ut videtis, longam ad meos parentes ingredior viam ; neque amplius in hac mortali vita me aspicietis : sed ne mea, (amabo vos) admonita per oblivionem contemnatis, quæ vobis pro eo divini amoris ardore, quo vos prosequor, sum impertitus. Apud vos ero, imo vero potius ipse vobis aderit Christus cum Deo Patre, ac divino spiritu : itaque divinum eritis domicilium, animataque illius templa, cujus thronus est cœlum, cujus scabellum est terra. *Ego enim*, Salvator inquit, *et Pater ad eum veniemus, et mansionem faciemus apud eum* [13], qui nimirum ejus capessit jussa. At inter divina præcepta longe præclarissimum, et quidem primum est, ex tota anima, conatu, mente, totoque pectore Deum peramare, et proximum sicut seipsum : hoc enim cætera omnia consequuntur, uno alterum complectente; et quod jubet amore prosequendos inimicos, idem pro amico propriam vitam, si tempus poscat, profundendam jubet. Debita item dimittenda nostris debitoribus, sicut et nobis nostra debita Pater cœlestis dimittit. Horrendum etiam pensitandum patrisfamilias decretum erga servum, apud quem plurima beneficia collocarat, magnamque æris vim jam condonarat, hic autem propter minuta æra conservum suffocabat suum. Miserendum etiam per immatum sanctumque animi sensum necessitudinum egenorum; uti benignas aures iis applicuimus, ut quantumvis terreni ac mortales (quoad fieri tamen potest) Deo similes efficiamur, qui ejusmodi homines in regnum introducit suum, seseque ipsum eleemosynæ ac misericordiæ indigum confitetur ; at eos qui ferarum ritu insaniunt, et erga homines inhumaniter grassantur, in æternos ignes una cum nequissimo Satana, et angelis ejus conjiciendos interminatur. Igitur Jesum Christum Dominum nostrum identidem redigemus in memoriam, judicem æque incorruptum ac severum, formidabili solio insidentem, e cujus conspectu ignitum flumen erumpit, omnesque patefacta conscientia ad ejus tribunal sistendos, rationemque reddituros quæ recte, quæve secus patraverimus. Quotquot in Christo sacro fonte abluti sumus, Christum induimus ; ne itaque propter propensionem ad res terrenas hujusmodi vestem rejiciamus, ne vicissim a cœlesti thalamo, sanctorum tætitia ac tripudiis repudiemur. Turpe verbum, ut divinus inquit Apostolus [14], ex ore vestro nullum dimanet, sed in solum, quod virtutum exemplar effingat, vel alienæ utilitatis fructum referat : neque enim de malefactis tantum, verum de otiosis etiam verbis, atque adeo de pravis cogitationibus, rationem nos Deo reddituri sumus. Unusquisque ab omnibus gratiam inire, honestisque in rebus comes esse curet : sic enim singuli animati esse debemus, ut de aliis per emolumenta bene mereri studeamus. Nemo profecto nostrum etiamsi ignorantiæ velamentum obtendat, divinum judicium evertet : omnes enim quotidie divina Evangeliorum præcepta, apostolorum admonita, prophetarum adhortationes exaudimus.

18. Quid mihi nunc recenseantur, si cum legitimis hisce nostræ philosophiæ disputationibus comparentur inveteratæ Socratis quæstiones? quarum gratia superbientes Græci supercilium attollunt, quod (ut ipsi se jactant) is philosophus timore mortis superior exstiterit. Hujusmodi enim disputationes auram vanæ captant gloriolæ, scenæque sunt figmenta, et solum induunt philosophiæ speciem, ejusque personam præseferunt, quod in se, non in alios convertat, quidquid elaborat. Atque hoc crocitat Æsculapio immolatus gallus a Socrate, ejusque hominibus placendi studio pleni sermones, quos (discipulis suadentibus, ut ipse periculum evitaret, quod ei Anytus et Melitus accusatores suscitarant) passim cæteri dictitabant. Sed vero noster hic Athanasius, rebus omnibus id temporis posthabitis, ad illud unum incumbebat, ad gloriam, inquam, Christi, rerum omnium inspectoris ac Ephori amplificandam ; perinde æque nihil sibi esset antiquius studioque dignum, quam gregis sibi crediti salutem accurare, cujus studio mirandum in modum ipse Deus homo factus est, idemque studium

[13] Joan. XIV, 23. [14] Coloss. III, 8.

ut perspicuum symbolum, reliquit Deum amantibus. Atque ideo quanquam esset proximus occasui vitæ, janjamque animæ corporis discidium, quæ natura optime conglutinarat, opperiretur; tamen ea, quæ effecerat vitam agens episcopalem, tanquam advena et peregrinus, in memoriam revocavit. Itaque cum in Deum, tum in homines charitatem arctissimo virtutis vinculo colligavit Athanasius, qui non solum recte factis, sed ad extremum usque habitum etiam verbis ea nobis reliquit virtutum exempla, ad quæ oculos attollentes, tanquam ad stellas dum per caliginosam noctem in vitæ hujus pelago miserabiliter jactamur, omnes ejus decumanos fluctus, obortasque tempestates, et a communis infestique hostis insidiis excitatas procellas eludendo enavigabimus, et ad tranquillum Christi regni portum applicabimus, habentes pro magistro Athanasium; qui quasi peritissimus gubernator clavum tenens ad puppim sedeat, nostram fiduciam excitet, et ad ea demum, unde nostra pendet salus, animos tollat.

CAP. VII. — *Mors, miracula.*

19. Hanc igitur filiis suis relinquens hæreditatem sanctissimus Athanasius, protensis speciosis pedibus, et innocuis compositis manibus, oculisque graviter ac religiose ad cœlum sublatis, atque ita extremum locutus: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, jucundus et valde hilaris animam ab angelis jamjam adducendam exhalavit. Homo nimirum dierum Spiritus sancti plenus, plenus item divinæ munificentiæ donis, cum cœlestem laborum remunerationem liquido perspiceret jam affuturam, effecit, ut sapientem decet, ut minime se pœniteret vitæ anteactæ, sed potius lætaretur. Maturum dixisses frumentum in cœlestibus horreis condendum, ab omni collectarum frugum vitio alienum et incorruptum: atque ideo in concilio justorum vitam vivit immortalem, ejusque merces est multa nimis apud altissimum Deum. Floret igitur ut palma, utque cedrus augetur et amplificatur, qui nobis eum imitantibus fructus affert uberrimos, atque calore tentationum æstuantibus umbram saluberrimam exhibet. Quapropter memoriam apud nos immortalem consecutus, inexstincta etiam gloria perfruitur.

20. Reliquit vero nobis una cum ter beato corpore sepulcrum, quod veluti perennis fons curationum rivos omnibus cum fide accedentibus ubertim effundit. Quamobrem in eo inspicere existimemus Athanasium ipsum, quem dolore pariter, ac desiderio incomparabili ad illud accedentes complectamur, sicut Patrem venerantes, et qua par est pietate prosequentes; sicut benemerentissimo gratias agentes immortales; sicut medico cum animi ægritudines tum corporis exponentes, atque ad hujus medicamenta festinantes. Enimvero huc ad Athanasii sepulcrum invisendum veniunt etiam qui longioris peregrinationis iter instituunt, ubi prosperum item reditum beneprecati domum suam revertuntur. Mulieres quoque nunc viris, nunc filiis præsens medicamentum, et mortis prolationem precabundæ impetrant: qui rigida potentioris manus tyrannide opprimuntur, patronum invocant Athanasium: quibus per calumniam aliena facinora ascribuntur, atque injuste ad forum rapiuntur, strenuum popugnatorem sentiunt Athanasium. Denique, ut summatim dicam, omnes Athanasium, omnia factum, ejusque auxilium implorantes votorum jam compotes effecti, ac lætantes revertuntur. Hunc etenim experimur quasi alteram Siloen, omnia nobis perturbationum incendia exstingueniem, omniumque animos, et corpora irrigationibus unguentorum fragrantiam spirantibus recreantem. Atque horum beneficiorum nos quoque participes fieri exoptamus; bonorum omnium auctori, et in sanctis suis glorioso gratias agentes Deo: eum enim decet omnis gloria, honor, veneratio, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nunc, et semper, et in omnium sæculorum æternitatem. Amen.

ANNO INCERTO.

BARTHOLOMÆUS,

EDESSENUS MONACHUS.

—

NOTITIA

(CAVE, *Dissert. prim.*, pag. 168.)

—

Bartholomæus, gente, ni fallor, Syrus, civis, certe monachus, Edessenus ; quin non raro se simpliciter Edessenum vocat ; ætatis admodum incertæ scriptor, cujus ne levissima quidem; quod sciam, habetur mentio, cujusque in toto suo Opere nec vola, nec vestigium ; vir non inelegantis ingenii, non contemnendæ eruditionis, in scriptis et ritibus Chaldæorum, Arabum, Muhammedanorum versatissimus. Scripsit *Elenchen* seu confutationem Agareni, qua non sine magno ingenii acumine et mordaci sale, Alcorani ineptias et Muhammedis ortum, vitam, mores, ritus et dogmata, eleganter exponit. Opus hoc ἀκέφαλον Gr. Lat. extulit Steph. Le Moinius, et inter *Varia* sua *Sacra* locum dedit, Lugd. Batav. 1685, p. 302 ; subnectitur. *ibid.* p. 429, tractatus alter Gr. Lat. *Contra Muhammeden*, an ejusdem auctoris, non liquet. Sunt quæ id suadere videantur materiæ affinitas, auctoris iugenium, accurata rerum Muhammedanarum peritia. Nec desunt quæ assensum plane retrahunt, præcipue haud levis in utroque discrepantia. Bartholomæus in recensendis Muhammedis uxoribus et liberis, cum anonymo, nec nominibus, nec numero, convenit. Monacho Nestoriano, primario Muhammedis in condendo Alcorano ἐργοδιώκτῃ nomen apud Bartholomæum est *Pachuras*, apud anonymum *Baira*, ut alia jam mittam. Ut ut sit, utrumque opus jucunditate et utilitate sua se magnopere commendat *.

* Conf. Fabric. *Biblioth. Græc.* ed. Harles t. VIII, p. 86 not. *mm* ; t. LX. p. 586 ; et Catal. biblioth. Leidens. p. 340, n. 21.

MONITUM IN SEQUENTIA OPUSCULA.

(LEMOYNE, *Varia sacra*, Prolegomena, p. 17.)

—

Cum ex legato Warneriano, ad Scaligeranum pergerem, et desultoria quadam libidine, modo illo, modo isto oculos meos pascerem, et utriusque opes mirarer, ac explorarem, incidi in Disputationem Bartholonæi Edesseni, sequioris ævi, ni fallor, monachi, contra Saracenos. Opus Scaligero, Vulcanio, Mursio notum, illorumque doctis manibus diu tritum ac versatum, sed huc usquo ineditum, nec Latinitate donatum. Cum vero illius lectio non leviter animum afficeret, ac in illo multa occurrerent, de Mahumete, de Mahumetanis, de religione Muhamedanorum, de variis apud illos ritibus, grata ac jucunda, quæ a lectoribus sicut nec a me, non sine quadam voluptate legi posse videbantur, statim de opere cum aliis jam paratis sociando cogitavi, versionem adornavi. Al calcem vero istius codicis mss. Bartholomæi Edesseni, quædam addita legebantur, quæ Mahumetem ipsum spectabant. Quæ cum superiori disputationi, concilio quodam addita fuissent, ea in editione nostra noluimus de siderari.

—

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΕΔΕΣΗΝΟΥ

ΕΛΕΓΧΘΣ ΑΓΑΡΗΝΟΥ.

BARTHOLOMÆI EDESSENI

ELENCHUS ET CONFUTATIO AGARENI.

. . . . . A . . . . . .

Et hæc inveni scriptis mundata in tuo Alcorano. Quod vero dicis, quare Christum confiteris Deum quem cruci affixistis, et sepulcro condidistis? et rursus quomodo Deum rerum omnium opificem et creatorem in utero feminæ comprehendi potuisse existimatis, et generari et nasci, ut alii homines solent, et vocatis terrenam Mariam, Theotocon et Dei Genitricem? quomodo dicitis illam esse matrem Dei, et Filium Dei ab illa generatum? et si est Filius Dei, quomodo ea quæ illum peperit, potest esse Dei genitrix? Dicitis insuper Christiani: Deum agnoscimus substantiam sine causa, rerum omnium causam potentissimam, verissimam, omni alia substantia et natura superiorem, sine principio et fine: quod est vero sine principio est omnino increatum. Quandoquidem ergo est rerum omnium Deus, quomodo potest esse particeps ingenerationis et generationis, ut vos Christiani asseritis? Qui non habet genitum Patrem, quomodo factus est Pater? ostendatis etiam nobis quomodo Deus generavit Filium. Si dicatis ab æterno, quomodo vos recens et nudius tertius nati, ad cognitionem eorum quæ sunt ab æterno potuistis assurgere? Quis vobis revelavit talem generationem? Rursus vos Christiani dicitis quod Filius genitus, idem habet cum Patre principium, quomodo ergo habet aliam generationem et quidem increatam? sed quod genitum est, creatum et conditum esse debet. Et quoniam rerum omnium Deus existit ante sæcula, et unus est numero, non tres, sequitur commune illum habere nomen, non communia nomina, et quandoquidem communia nomina dicitis, quomodo commune nomen rursus potestis proferre et asserere; sequitur enim tres personas propriam habere naturam et substantiam. Iterum Christiani, quomodo docetis quod Deus vester sit unitus homini, et vocetur simul homo et verus et perfectus Deus. Non sic unitur substantia et essentia Divinitatis naturæ terrenæ et corruptibili, sicut ignis unitur ligno. Rursus audio vos dicentes dari Patrem, Filium, Spiritum, et tres personas et unum postea memorare; sed eadem ratione possetis et

Καὶ οὕτως εὗρον ταῦτα ἐν τῷ Κουρανίῳ σου γεγραμμένα. Καὶ ὅτι λέγεις· Διὰ τί τον Χριστὸν ὁμολογεῖς Θεὸν εἰς τὸν σταυρὸν ἀνεβιβάσαντος, καὶ ἐν τῷ τάφῳ τεθείκατε; Καὶ αὖθις τὸν τὰ πάντα δημιουργήσαντα Θεὸν εἰς μήτραν γυναικὸς πῶς ἐχωρήσατε, καὶ τεχθέντα ὡς ἄνθρωπον, καὶ λέγετε καὶ τὴν χοϊκὴν Μαρίαν Θεονόκον; πῶς καὶ λέγετε αὐτὴν Μητέρα Θεοῦ, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα; ἐπεὶ Υἱὸς Θεοῦ, πῶς καλεῖται Θεοτόκος ἡ τοῦτον γεννήσασα; λέγετε δὲ ὑμεῖς αὖθις οἱ Χριστιανοί· Τὸν Θεὸν γνωρίζωμεν οὐσίαν ἀναίτιον· αἰτίαν οὖν παντοδύναμον, πανάληθῆ, πάσης οὐσίας καὶ φύσεως ὑπερ- B
ούσιον, ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον. Τὸ γὰρ ἄναρχον, ἄκτιστον λέγεται. Ἐπεὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς παρὼν, ὡς λέγετε οἱ Χριστιανοὶ, τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, πῶς γέγονεν; Γεννητὴν Πατέρα μὴ ἔχων, πῶς γέγονεν Πατήρ; Καὶ δείξατε ἡμῖν καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεὸς Υἱόν· εἰ μὲν λέγετε πρὸ τῶν αἰώνων, ὑμεῖς χθεσινοὶ ὄντες, ποθεν οἴδατε τὰ πρὸ αἰώνων; Τίς ἔδειξεν ὑμῖν τοιαύτην γέννησιν; καὶ πάλιν φατὲ οἱ Χριστιανοί· Ὁ γεγεννημένος Υἱὸς, σύναρχος τῷ Πατρὶ, καὶ πῶς ἄλλην γένεσιν, καὶ ἄκτιστον; ἀλλὰ τὸ γεννητὸν κτιστόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ τῶν C
ὅλων Θεὸς ὑπάρχει πρὸ αἰώνων, καὶ εἷς ἐστι, καὶ οὐ τρεῖς, λοιπὸν, κοινὸν ὄνομα ἔχει, καὶ οὐ κοινά. Καὶ ἐπεὶ κοινὰ ὀνόματα λέγεις, πῶς πάλιν κοινὸν ὄνομα ἀναφέρεις; λοιπὸν καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἔχουσι ἰδίαν φύσιν καὶ οὐσίαν. Καὶ πάλιν πῶς λέγετε οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι ὁ Θεὸς ὑμῶν ἡνώθη τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἄνθρωπος ἐκλήθη, καὶ τέλειος Θεὸς, πῶς ἑνοῦται τὸ πῦρ τῷ ξύλῳ, οὐχ ἑνοῦται ἡ οὐσία τῆς θεότητος τῇ χοϊκῇ φύσει. Καὶ αὖθις ἀκούω μὲν ὑμῶν λεγόντων καὶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα, ἐπεὶ ἕνα λέγετε. Καὶ συνάγειν καὶ ἑτέρους, καὶ τέσσαρας, καὶ πέντε καὶ πλείονας δυνήσῃ συνάγειν. Καὶ πάλιν, διὰ τί γλυπτὰ ξύλα, καὶ εἰκόνας προσκυνεῖτε θεοπρεπῶς; διὰ τί μιγνύετε τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταδίδοτε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ λαμβάνετε δῶρα ἐξ αὐτῶν; Βαπτίζετε δὲ καὶ ἐν ὕδατι τούτους, καὶ ὁμοίως οὐ λαμβάνετε δῶρα. Διὰ τί τὸ κατελθὸν Εὐαγγέλιον ἐκρύψατε, καὶ νέον ἐγρά-

ψατε; καὶ πῶς μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ὑμῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐξαπέστειλεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις; Πῶς τοῦτο οὐκ ἐχαρίσατο αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἀναληφθῆναι, καὶ οὐ λούεσθε ἐν τῷ ὕδατι, καθά φησιν Ἡσαΐας; Διατί ἁμαρτάνοντες τρέχετε εἰς ἄνθρωπον χοϊκὸν ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, φάσκοντες, Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ; Διὰ τί ἐν ταῖς ἐσχάταις ὑμῶν ἀναπνοαῖς τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου μεταλαμβάνοντες, λέγοντες, ὡς ἀπὸ τοῦ νῦν μέτοχοί ἐστε τοῦ παραδείσου; Ἀλλὰ καὶ τοῦ Μουχάμετ ἡμῶν τὸ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὑμῶν γεγραμμένον ἦν, καὶ ἐξεώσατε.

A alias, quatuor, quinque, plures coacervare et multiplicare. Deinde quare sculptilia et imagines adoratis cultu divino et religioso. Quare miscetis panem et vinum, et illa traditis hominibus in remissionem peccatorum, et ab illis dona accipitis? quare illos aqua et baptismate tingitis, et ab illis similiter dona mutuo accipitis? Quare quæ descendit Evangelium occultatis, et novum cudistis et conscripsistis? Et quare posi ascensionem Domini vestri in cœlos misit Spiritum sanctum in apostolos, cur non antequam eveheretur in cœlum, isto beneficio illos cumulavit? Quare non lavamini aqua, ut docet Isaias? Quare peccato contaminati curritis ad hominem terrenum confitentes peccata vestra, et dicentes: Miserere mei peccatoris? quare in ultimo vitæ vestræ articulo, et animam effiaturi pani et vino communicatis, asserentes vos ab illo momento paradisi jam esse participes? Sed quod magis est nomen ipsum Mahumetis nostri erat olim scriptum in vestris Evangeliis, sed illud removistis et expunxistis.

Πρὸς οὓς ἀντιλέγει αὐτὸς ὁ μοναχὸς Βαρθολομαῖος ὁ Ἐδεσηνὸς ὁ ἀμαθέστατος τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἔσχατος πάντων ταῦτα, μὴ ἐρυθριῶν τὴν ἀφραοσύνην ὑμῶν ἀνοιγόντων κατ' ἡμῶν τὸ αἰσχρὸν καὶ παμβέβηλον στόμα ὑμῶν, ὅτι οἱ Χριστιανοὶ τρεῖς Θεοὺς σέβοντες· τοῦτ' ἔστιν τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Νῦν ἐλέγχω κατὰ πρόσωπον τὰ σφαλερὰ ὑμῶν ῥήματα, οἵπερ ἐξ οὐρανοῦ ὑπὸ Θεοῦ κατενεχθῆναι λέγετε Εὐαγγέλιον ἢ ἐξ αὐτοῦ ἀντερεῖν λέγετε δικάζοντες ψευδῶς ἡμᾶς τοὺς Χριστιανούς. Σὺν Θεῷ δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι ἐκθήσομαι ἅρτι πρὸς ἐπιθρυλλοῦντας τὰ τοιαῦτα, ὅτι οἱ ἐν αὐτοῖς πιστεύοντες, ὅτι τρεῖς Θεοὺς σεβόμενοι βλασφημοῦμεν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι εἰ ἐν αὐτοῖς πιστεύοντες οὐκ ἀφεθήσονται αὐτοῖς αἱ ἁμαρτίαι οὔτε ἐν τῷ νῦν, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι καιρῷ. Κἀγὼ ὁ Ἐδεσηνὸς λέγω ὑμῖν· Ὁ μὴ γινώσκων λογικὸν Υἱὸν, καὶ ἀθάνατον Θεὸν, οὗτός ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Διότι Θεὸν ἐλεοῦντα καὶ ἐλεήμονα ὀνομάζεις. Καὶ οὗτός ἐστι προφανῶς, ὃν οἱ Ἀράβοι δογματίζετε τὸ Ἑωσφόρον ἄστρον, Ζέβω, Ἀφροδίτη, Κρόνος, καὶ Χαμάρ λέγετε. Αὐτοὺς καλεῖτε θεούς; ἐλέγχω γὰρ ὑμᾶς ἐκ τῆς γραφῆς ὑμῶν. Οὗτοι οἱ θεοὶ ὑμῶν κτιστοί εἰσιν, καὶ κτίσμα ἔχουσιν. Καὶ φθαρτοί εἰσιν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, καὶ εἴδωλα. Καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα, οὗ ἀρχὴ ἐν αὐτοῦ Κουρανίου σου, ὄντινα ἐλεοῦντα καὶ ἐλεήμονα μὲν ἀποκαλεῖτε, οὗτοί ἐστιν οὓς καλεῖτε διὰ τῆς γλώττης ὑμῶν Ἀλάχ, Σαμὲτ, Τζαμὲτ, τοῦτ' ἔστιν προφανῶς ὁλόσφυρος, καὶ ὁλόβολος, οἷος κρατεῖται, καὶ σχῆμα ἔχει. Οἱ τὸν τοιοῦτον θεὸν σεβόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς ἐκεῖ κολαστηρίοις ἔνοχοι. Οἱ δὲ γινώσκοντες καὶ ὁμολογοῦντες τὸ ὄνομα τοῦ λογικοῦ καὶ ζῶντος καὶ ἀθανάτου Θεοῦ, οὗτοί εἰσιν οἱ κληρονόμοι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ παραδείσου. Περὶ δὲ ὧν με ἠρώτησας, πάντα ὕστερόν σοι ὁμολογήσομαι.

B Ad quæ ego ipse Bartholomæus Edessenus monachus, Christianorum ignarissimus, et omnium ultimus, hæc respondeo non erubescens propter insipientiam vestram qua impudens et omnino profanum os vestrum contra nos audetis aperire, asserentes Christianos tres Deos colere; nimirum Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Nunc in faciem singula vestra erronea dicta arguo et confuto. Dicitis quippe Evangelium a Deo ex cœlo delapsum, et ex illo contradictiones nectitis, judicantes et condemnantes, falso nos Christianos; sed cum Deo et fretus illius gratia, omnia nunc exponam contra eos qui vulgo talia jactare et disseminare solent, quasi nos blasphemi tres Deos coleremus, et similia quæ si aliquis credat non remittentur illius peccata nec in præsenti nec in futuro sæculo. Ego vero Edessenus dico vobis: Qui non cognoscit rationalem et immortalem Deum Filium, næ ille dignus est qui in gehennam ignis detrudatur. Quare vero tu Deum miserantem et misericordem vocas. Revera ille ipse est quem vos Arabes dicitis Astrum matutinum seu phosphorum, et qui Zebo, Venus, Saturnus et Camar dicitur. Illos vocatis deos, et istud contra vos ex ipsis scripturis vestris possum evincere. Isti dii vestri sunt conditi, et habent naturam creatam, et sunt corruptibiles, sunt idola et opera manuum hominum. Et nomen ipsum quod est in principio tui Alcorani quod per miserentem et misericordem designatis, illo designantur li quos in lingua vestra vocatis, Alah, Samet, Tsamet, quod manifeste notat totum rotundum et malleo ductum, quemadmodum illum admittitis, et qua forma et figura apud vos induitur. Qui talem deum colunt, illi ipsi sunt qui digni sunt supplicils gehennæ; qui vero cognoscunt, amant, confitentur nomen rationalis, viventis et immortalis Dei, illi fiunt hæredes regni Dei et paradisi. Ad ea vero de quibus me interrogasti, ad ea, inquam, omnia postea respondebo.

Νῦν δὲ ἐρωτῶ σε περὶ τοῦ νέου θεοῦ σου, καὶ τῆς πίστεώς σου. Πῶς καὶ πότε γινώσκεις καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ τὴν τοιαύτην θεολογίαν ἐδιδάχθης; Θεὸν, ὃν γινώσκομεν ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ, οὐδεὶς ἑώρακε

Sed primo mihi liceat quæstiones etiam tibi movere de tuo isto novo deo, et de fide quam foves. Quomodo et unde ad te pervenit cognitio tua? Qua via, tali doctrina et theologia imbutus fuisti? Quoniam

nos, nullus unquam vidit Deum quem nos Christiani colimus, neque angelis, neque prophetis, neque ulli hominum visus est, neque multoties manifestavit seipsum cuiquam mortali et terrenæ creaturæ; sicut tu inepte asseris Deum multoties salutasse et adhuc singulis diebus salvare jubere tuum Mahumetem. Si vero asseris te Deum novisse ministerio Mahumetis, sequitur quod ille sit dux et consummator vitæ tuæ; hinc illum vocas prophetam et apostolum Dei. Omnibus vero notum est Mahumetem nec prophetam nec apostolum Dei esse, sed illum tantum fuisse alumnum Abutalepi, et servum Cadixæ, cujus camelos regebat et ducebat Damascum oneratos variis mercibus, et ad alios etiam popŭlos de loco in locum pergebat, negotia gerens et administrans prædictæ suæ dominæ. Et Alcoranus tuus de illo testatur, nimirum spatio triginta duorum annarum illum vixisse sine fide. Memorat quippe illum implevisse quadraginta septem annos, spatio quindecim annorum illum religiosissime vixisse, sed aliorum triginta duorum intervallo toto illum vixisse, sine Deo, sine lege; impie, et pessimis dogmatibus obnoxium. Quin et ipse duxit decem uxores, et sexdecim concubinas captivas. Jam, quæso, declara quando illas habuerit, an tempore suæ impietatis, an vero cum Deum colere cœpit et religiose vivere. Si memoria suppetit, ostende aliquid quo hoc possit comprobari. Insuper Mahumet ex peccato et semine humano formatus est, et ille ipse peccavit et liberis procreandis operam dedit; quomodo ergo dicis illum fuisse fratrem Christi; cum non solum fuerit peccator, sed infensissimus Dei hostis ut ipse agnoscis et confiteris : nam antequam vitam religiosam amplecteretur, erat fur, latro, noctarnus viarum insessor qui quamplurimos in insidias quos struxerat delapsos violenta morte peremit. Præterea propter uxores, et impotentem intemperantemque coitum herbas solebat emere quibus venerem et libidinem effrenem conciliaret; adeo ut nunquam satiatus recederet ab istis pravis desideriis, quibus per totum vitæ curriculum fuit obnoxius, usus istis moribus tanquam exercitio quo sibi lucrum et quæstum compararet.

Quare ergo prophetam et apostolum Dei vocatis illum qui fuit impurissimus, omni criminum labe contaminatus, latro, injustus, homicida, raptor. Dic mihi, quaso, quid significet prophetia et apostolatus. Certum est et Deus novit, te hoc prorsus ignorare, nisi hoc a Cbristiano prius didiceris. O impudens et inverecunde! tu confiteris Muhammedem spatio triginta duorum annorum nec fuisse prophetam, nec prophetizantem, nec apostolum, nec docentem, nec Dei cultorem, nec orantem, nec cognoscentem Deum, sed post elapsum istorum annorum curriculum, cognitione divina imbutum fuisse. Sed si ista omnia negares quasi quæ non contigerint isto triginta duorum annorum spatio, quare eadem ratione ego Christianus non negarem ea quæ Muhammedi contigisse asseris quindecim illis annis post triginta duos annos posterius elapsis? Sed primo, quæso, doce me quomodo cognovit Deum, et in qua forma? Si enim dicis

A πώποτε, οὔτε τοῖς ἀγγέλοις, οὔτε τοῖς προφήταις, οὔτε τινὶ τῶν ἀνθρώπων ὠράθη, οὔτε πολλ[ά]κις ἐφανέρωσεν ὁ Θεὸς ἑαυτὸν χοϊκῷ τινι, ὡς σ[ὺ] φλυαρεῖς λέγων ὅτι καθ' ἑκάστην ὁ Θεὸς ἐχαιρέκτ[ισε] καὶ χαιρετίζει Μουχάμετ. Καὶ εἰ μὲν λέγεις, ὅτι σὺ τ[ὸν] Θεὸν ἐκ τοῦ Μουχάμετ γινώσκεις, λοιπὸν κἀκεῖν[ος] ἐστιν ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς σου, καὶ διὰ τοῦτο κα[ὶ] αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον Θεοῦ. Πᾶσι γνώρι[μον] ἔνι, ὅτι ὁ Μουχάμετ οὔτε προφήτης, οὔτε ἀπόστολ[ος] Θεοῦ ὑπάρχει, εἰ μὴ ἀναθρεπτὸς τοῦ Ἀπουτελεπί, κ[αὶ] μισθάργος τῆς Χατίζας εἰς τὰ καμήλια, ἃ ἐπιφέρ[ει] εἰς Δαμασκὸν, καὶ εἰς ἑτέρους τόπους περφορτωμέν[α] πραγματειῶν, μεταβιβάζων ταῦτα ἐκ τόπου εἰς τόπ[ον], καὶ πραγματευόμενος ὑπὸ τῆς ῥηθείσης κυρίας αὐτ[οῦ]. Καὶ τὸ Κουράνιόν σου μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, ὅτ[ι] B τριάκοντα δύο χρόνους ἄπιστος ὑπῆρχεν, καὶ τ[ὸν] ζωῆς αὐτοῦ οὔσης χρόνων τεσσαράκοντα ἑπτ[ὰ], τ[ὸν] τοὺς πέντε καὶ δέκα χρόνους ὑπῆρχεν θεοσεβ[ὴς], τ[ὸν] δὲ τριάκοντα δύο μήτε Θεὸν γινώσκων, μήτε νόμ[ον] ἔχων, ἀλλὰ ἀσεβὴς καὶ κακόδοξος ὑπῆρχεν. Καὶ λ[α]βὼν γυναῖκας δέκα, καὶ σκλάβας ιϛ, πότε ταύτ[ας] ἔλαβεν, δεῖξόν μοι. Μετὰ τὸ θεοσεβῆσαι, ἢ πρὸ τούτ[ου]; ὑπόδειξόν μοι τὴν περὶ τούτου δήλωσιν, ἐὰν οἶδ[ας]. Καὶ πάλιν ὁ Μουχάμετ ἀπὸ ἁμαρτίας καὶ σπέρμ[α]τος ἀνθρωπίνου ἐστίν. Καὶ αὐτὸς ἥμαρτεν, καὶ ἔσπ[ει]ρεν. Πῶς οὖν αὐτὸν λέγεις, ὅτι ἀδελφός ἐστι τοῦ Χ[ρι]στοῦ; ὅτι οὐ μόνον ἁμαρτωλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ δ' ὅλ[ου] ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ, καθὼς γινώσκεις, ὅτι πρὸ τοῦ θεοσ[ε]βῆσαι, καὶ κλέπτης, καὶ νυκτοπόρος ὑπῆρχεν καὶ λ[η]στὴς, καὶ ἐπὶ τὰς στρωμνὰς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπ[ων] C ἐφόνευσεν. Καὶ ταῦτα διὰ γυναῖκας, καὶ δ' ἔκτ[ε]σιν ἐξωνήσατο βοτάνια συμβαλλόμενα ταῦτα εἰς π[ρ]οσνείαν ἄσχετον, ὡς μὴ ὅλως κόρον ἔχων τῆς τοιαύτ[ης] ἐπιθυμίας, ὅνπερ δι' ὅλου μεθ' ἑαυτοῦ εἶχε, χρώμ[ε]νος τῷ τοιούτῳ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἐργασίᾳ.

Λοιπὸν διὰ τί αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον θεοῦ καλεῖς λέγων ὄντα, καὶ τοιοῦτον παμμίαρον, λ[η]στὴν, καὶ ἄδικον, καὶ φονέα, καὶ ἅρπαγα; φράσ[ον] μοι, τί ἑρμηνεύεται προφητεία, καὶ ἀποστολ[ή]. D Οἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐ γινώσκεις, εἰ μὴ διδαχθῇς ἐκ Χριστιανοῦ. Ὦ ἀνερυθρίαστε καὶ ἀναίσχυντε! ὁμολογεῖς, ὅτι ὁ Μουχάμετ τριάκοντα δύο χρόν[ους] μήτε προφήτης, μήτε προφητεύων ἦν, μήτε ἀπόστ[ολος], μήτε διδάσκων, μήτε θεοσεβὴς, μήτε εὐχόμεν[ος], μήτε γινώσκων Θεὸν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα Θεὸν ἐγνώρισεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τούτων ὅλος ἔξαρνος γέγονα[ς], ὡς μὴ γεγονότων ἐκ τοῦ Μουχάμετ κατὰ τοὺς τρ[ι]άκοντα δύο χρόνους· πῶς κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἀρνοῦμαι τὰ μετὰ ταῦτα αὐτοῦ, ἤγουν τὰ τῶν πεντεκαίδεκα χρόνων; πρῶτον γνώρισόν μοι τίνα, [κ]αὶ ἐγνώρισεν Θεὸν, καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ· εἰ μὲν λέγ[εις], ὅτι ὁ Θεὸς [ἀπέστειλεν] τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸς αὐ[τὸν], καὶ ἐδίδαξεν αὐτὸν περὶ θεογνωσίας, λοιπὸν ὁ ἄγ[γε]λός ἐστιν ἀπόστολος Θεοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν λαόν

Καὶ οὗτος λοιπὸν ἡ ψεύστης, καὶ ἀπατεών. Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸν προφήτην καλεῖς, δεῖξόν μοι τί ἐπροφήτευσεν, καὶ ἐν ποίῳ λόγῳ τοῦτο, καὶ τί κελεύει, ἢ τί σημεῖον καὶ τέρας πεποίηκεν. Πάντα γὰρ τὰ ὑμέτερα βιβλία ἀνέγνων, καὶ ἔγνων. Ἐὰν ἦν προφήτης, ὡς λέγετε, διὰ τί μέλλοντος πεσεῖν ἐκ τοῦ ἁλόγου, οὗ ἐκάθητο, καὶ σχισθέντος τοῦ τοίχους αὐτοῦ, καὶ τοὺς κάτω καὶ ἄνω ὀδόντας αὐτοῦ μέλλοντας πεσεῖν καὶ θλασθῆναι ἀπὸ τοῦ τοιούτου προσπώματος, οὐ προεφήτευσεν, ἢ προέγνω ; Καὶ πάλιν, ἐπεὶ προφήτης ἦν, μέλλων συνάψαι μετὰ τοῦ Καβὶρὰ πόλεμον, πῶς οὐκ ἔγνω, ὅτι ἔμελλεν παρ' αὐτοῦ νικηθῆναι, αὐτὸς καὶ τὰ ὅλα αὐτοῦ φουσατᾶ ; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς φυγὼν διεσώθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, μείνας τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, καὶ οὕτως μόλις διεσώθη. Καὶ σὺ ἀπὸ πολλῆς σου αἰσχύνης λέγεις, ὅτι ἄγγελος μετὰ ἀράχνης, τὴν θύραν τοῦ σπηλαίου ἐσκέπασεν, καὶ εἶδον οἱ ψηλαφῶντες, καὶ εἶπον, μὴ εἶναι ἐν τῷ σπηλαίῳ τινὰ, διὰ τὸ εἶναι τὴν ἀράχνην. Καὶ πῶς οὐ προσφήτευσεν, ὡς οὐ ζήσεταί τις ἐκ τῶν τεσσάρων τεχνῶν αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἶπεν τῷ λαῷ τὰ περὶ τῆς φυγῆς αὐτοῦ καὶ τοῖς ἵπποις ;

A Deum ad illum misisse angelum suum, qui illum doceret et cognitione Dei imbueret, sequitur quod angelus ipse erat apostolus Dei ad populum et ad Mahumedem, ac proinde Muhammedes fuit mendax et seductor. Et quoniam illum prophetam vocas, estende mihi quid sit vaticinatus, quo et quali sermone oracula sua fudit, quid imperavit, et quo signo et miraculo se commendavit. Omnes enim libros tuos novi et evolvi. Si fuit propheta, ut dicitis, cum ex equo casurus erat cui insidebat, et effracto scissoque latere cum dentes superiores et inferiores tali casu et ruina essent conterendi et casuri, quare hoc non prævidit et vaticinatus est. Iterum si propheta fuit, cum bellum esset inituras cum Chabara, et ab isto debellandus et profligandus, omniaque illius castra essent expugnanda, quare hoc non prævidit. Imo victus et B fugiens in cavernam se recepitubi per tres dies et tres noctes latitans vix tandem salvus evasit. Et tu pro tuo summo pudore narras quod angelus os cavernæ velaverit longa araneæ telæ textura, quam cum animadvertissent qui illum diligenter quærebant, dixerunt neminem in spelunca latitare, cum os speluncæ obduceret aranei tela. Quomodo non est vaticinatus, nullum ex quatuor filiis suis diu vitali aura fruiturum, et populo et equitibus non significavit quæ spectabant illius fugam?

Καὶ πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι οἱ Κωρασιῶται μετὰ καιρὸν μέλλουσιν αὐτὸν δῆσαι ἐν τῇ οὐρᾷ τῆς μεμεθυσμένης καμήλου, καὶ τοῦτον κακῶς διαῤῥῆξαι τὴν ζωὴν αὐτοῦ ; Καὶ οὐκ ἐγὼ ταῦτα οἴκοθεν λέγω, ἀλλ' οἱ Χαλδαῖοι περὶ τούτου μαρτυροῦσιν, οἱ παρατυχόντες ἐκεῖσε. Καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ μεμαθήκαμεν. Ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖς, ὡς ἐψευδόμεθα. Εἰ δὲ μὴ, δεῖξόν μοι τὴν προφητείαν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐστιν γεγραμμένη· αὐτὸ γὰρ τὸ Κουράνιόν σου ἀνέγνων. Οὐχ εὗρον ἐν αὐτῷ καταγεγραμμένην προφητείαν τοῦ Μουχάμετ, εἰ μὴ περὶ τοῦ Ἀδὰμ μικράν τινα ὁμιλίαν, καὶ τῆς Εὔας, καὶ τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λὼτ, τοῦ Ἰωνᾶ, τοῦ Μωϋσέως, τοῦ Ἀαρὼν, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, τοῦ Σολομῶντος, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἐνὼχ, τοῦ Ἠλίου, τοῦ Ἰεζεκιὴλ, τοῦ Ζαχαρίου, τοῦ Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἁγίας Μαρίας, τῆς ἁγίας Ἄννης τῆς μητρὸς αὐτῆς, τοῦ Ἰωακείμ, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐξαιρέτως Σίμωνος Πέτρου τοῦ κατὰ τὴν σὴν γλῶτταν Σεμεοῦν Σαφᾶ. Εὗρον οὖν τὸ Κουράνιόν σου ἀληθεύειν καὶ ψευδόμενον. Καὶ ἡ μὲν ἀλήθεια, ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τοῦ Παχυρᾶ πρὸς τὸν Μουχάμετ. Τὸ δὲ ψεῦδος ἀπὸ τῆς γραφῆς τοῦ Ὀθμάνη. Ἐκ τούτων οὖν γινώσκομεν, ὅτι ἡ γραφή σου οὐκ ἐπέμφθη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ποτὲ μὲν ἀληθεύειν, ποτὲ δὲ ψεύδεσθαι. Καὶ ἀπὸ τούτων τῶν σημείων πληροφορούμεθα, ὅτι οὔτε προφήτης ἦν οὔτε ἀπόστολος. Ἄλλος ἐστὶν ἀπόστολος, καὶ ἄλλος προφήτης. Πῶς γοῦν ἐστιν ὁ σὸς Μουχάμετ καὶ προφήτης, καὶ ἀπόστολος ; Ὅταν ἀπὸ Βαβυλῶνός τις ἔρχεται πρὸς τὸν Σουλτανὸν ὡς γραμματοφόρον αὐτὸν καλέσουσιν, ἢ προφήτην ; Ὅτε δὲ ἵσταταί τις ἐν μέσῳ ὄχλου πολλοῦ, καὶ προφητεύει καὶ δεικνύει σημεῖα καὶ τέρατα, τί ἐροῦμεν ; Ἴδε τὴν προφη-

Quomodo non prædixit quod Chorasietæ post aliquod temporis intervallum, illum vincire deberent ad caudam inebriatæ vino myrrhato camelæ; et illius vitam et latera pessime disrumpi et diffringi debere. Et hoc non domestico et proprio testimonio affirmo; sed ipsi Chaldæi qui illic erant C hoc de illo testificantur, et nos ipsi didicimus. Sed asseres nos mentiri : sed si non vera dicimus, ostende nobis illius prophetiam, et dic nobis ubi sint scripta illus vaticinia. Tuum enim Coranum legi, et nullam in illo inveni Muhammedis prophetiam, sed tantum breves quasdam homilias et sermones de Adamo, de Eva, de Seth, de Abrahamo, de Isaaco, de Jacobo, de Noe, de Lot, de Jona, de Mose, de Aaron, de Jesu filio Nave, de Salomone, de Josepho, de Enocho, de Elia, de Ezechiele, de Zacharia, de Joanne Præcursore, de Jesu Christo, de sancta Maria, de sancta Anna illius matre, de Joachimo, de sanctis apostolis, præcipue de Simone Petro, qui lingua tua dicitur Simeon Sapha. Inveni etiam tuum D Coranum vera et falsa dicere. Veritas orta est ex doctrina quam Muhamed habuit a Pachura, mendacium vero et falsitas fluxit ex scriptis Othmani. Ex quibus cognoscimus librum tuum ex cœlo missum non fuisse, quia aliquando veritatem profert et aliquando mendacia. Et ista argumenta nos prorsus persuadent Muhammedem necapostolum; necfuisse prophetam. Alius est enim propheta, alius apostolus. Quomodo ergo tuus Muhammed esset propheta et apostolus. Cum aliquis Babylone venit ad Sultanum cum litteris, an illum tahellarium vocant an prophetam? Cum vero aliquis stat alicubi magna hominum circumdatus caterva, et vaticinator, et signa et mirecula patrat et estendit, quid dici-

mus? Vide prophetiam prophetæ hujus vel prophetiam apostoli? Profecto apostolus omnino prodit se apostolum, propheta vero ex prophetia sua, signis et miraculis se cognoscendum præbet. Et nos talem pro propheta habemus, qui futura narrat et præterita, et qui signis et miraculis se conspicuum reddit. His vero simile quid non novimus in Muhammede, ut prophetæ et apostoli nomine insigniatur. Si vere tu ipse nosti, velis et istud significare, ipse quippe ego non novi. Si vero tu nosti, ostende mihi, ubi et in quo libro istud scriptum contineatur. Omnes quippe libros vestros versavi et evolvi, sed nihil in illis utile inveni, imo prorsus omnia cachinnis et ludibrio digna. Præcipue id quod dicitur in Corano, Mahummedem scilicet exstitisse ante sæcula. At cum a vobis quæritur ubinam existebat, respondetis illum inter lutum et aquam occultatum fuisse. Quis vero, o Agarene, est impius tu aut ego? Ubinam didicisti ante sæculum aquam fuisse, aut lutum exstitisse? Rursus quare non erubescis cum asseris circa thronum Dei scriptum fuisse nomen Muhammedis, Sed ubi erat tuus Muhammed, cum Deus esset, erat et thronus ejus. Thronus vero Dei est cœlum et terra, nomen vero Muhammedis continet tantum tres syllabas. Quomodo ergo circa amplitudinem istius throni circumscribi potuerunt. Dices Deo circumscriptas fuisse, sed falleris.

Iterum dicis quod Muhammed unum suum profanum pedem Hierosolymam usque extenderit, altero vero cum sandaliis ipsis, calcaverit cœlos Deo proximus, et tam proximus ad latus sederet, quam proximum est supercilio supercilium, cum Deo libere conversaretur, Deumque cognoverit, sicut Deus illum cognovit; hoc enim legi in Alcorano tuo. Cum ego tales ineptiæ in tuo Corano contineantur, quomodo potes asserere illum e cœlo missum et delapsum fuisse. Sed si jactetis Muhammedem e cœlo descendisse postquamcum Deo fuisset confabulatus, et adhuc ferventem et calidam invenisse suam stragulam, a me vero Christiano rogatus quem istius negotii testem producere potes, dices solam Phatimam Muhammedis filiam hoc testimonio suo comprobare. Cum vero apud vos femina legitime et juste matrimonio juncta declaratur, duodecim solent adhiberi testes, hic autem nullum producis testem, sed tantum solam Muhammedis filiam. Quandoquidem ergo in ascensione sua fuit sine testibus, quomodo testari potes illum ascendisse in cœlum? Quomodo solo Phatimæ testimonio confirmas illius ascensionem. Feminæ testimonium est sine vi et robore ad fidem ingenerandam. Noctu ergo et clam ascendit in cœlum, et descendit nullis adhibitis testibus. Et vera est illius ascensio, sicut illius prophetia. Sed dic mihi an ante vel post ascensum uxorem duxit et habuit? Quare non te subit pudor? Et rursus quomodo asseris tanquam ex tuo depromptum Alcorano, quod si Mahammed non exstitisset, et ni Deus intensissimo amore illum esset prosecutus, Deus nunquam condidisset thronum, angelos, cœlum, terram,

τείαν τοῦ προφήτου τούτου ἢ τὴν προφητείαν τοῦ ἀποστόλου. Πάντως ὁ ἀπόστολος φαίνεται ἀπόστολος. Ὁ δὲ προφήτης ἐκ τῆς προφητείας αὐτοῦ καὶ τῶν σημείων, καὶ τῶν τεράτων. Καὶ ἡμεῖς τὸν τοιοῦτον προφήτην ἔχομεν τὸν λέγοντα τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ δεικνύοντα σημεῖα καὶ τέρατα, ἀφ' ὧν οὐκ ἔγνωμέν τι εἰς τὸν Μουχάμετ, ἵνα προφήτην καλοῦμεν, ἢ ἀπόστολον. Εἰ μὲν σὺ οἶδας, φράσον. Ἐγὼ δὲ οὐκ εἶδον. Καὶ ἐὰν οἶδας, δεῖξόν μοι τοῦτο, ποῦ, καὶ ἐν ποίῳ βιβλίῳ γέγραπται. Πάντα γὰρ τὰ ὑμετέρα βιβλία διῆλθον. Καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν τι χρηστὸν, εἰ μὴ τὰ πάντα γέλωτος ἄξια. Ἐξαιρέτως, ὅτι λέγετε εἰς τὸ Κουράνιον, ὅτι ὁ Μουχάμετ ὑμῶν πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχει. Καὶ ὅτε ἠρωτᾶσθε τοῦ ὑπῆρχεν, πατὴρ, ὅτι ἀνεμεταξὺ γῆς καὶ ὕδατος ἐκέκρυπτο. Τίς γοῦν ἀσεβὴς, Ἀγαρηνὲ, σὺ, ἢ ἐγώ; Πρὸ αἰώνων ποῦ ἔμαθες γῆν, ἢ ὕδωρ εἶναι; Πάλιν δὲ πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς, λέγων ὅτι γέγραπται γύρωθεν τοῦ θρόνου τὸ ὄνομα τοῦ Μουχάμετ. Καὶ ποῦ ἦν ὁ Μουχάμετ, ὅταν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἦν; Ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ὁ οὐρανὸς, ἡ γῆ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Μουχάμετ τρισύλλαβόν ἐστι. Καὶ πῶς γύρωθεν καταγέγραπται τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ; Περιεγράψω τῷ Θεῷ; ἀλλὰ πεπλάνησαι.

Καὶ πάλιν λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἤπλωσε τὸν ἕνα βέβηλον πόδα αὐτοῦ ἕν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἀνῆλθεν τοῦ οὐρανοῦ πλησίον τοῦ Θεοῦ σὺν τοῖς σανδαλίοις αὐτοῦ. Καὶ τοσοῦτον πλησίον τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν, ὡς ἀπὸ ὀφρύος, εἰς ὀφρύν. Καὶ συνέτυχεν τῷ Θεῷ πεπαῤῥησιασμένος, καὶ ἐγνώρισε τὸν Θεὸν, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν, καθὼς ἀνέγνων εἰς τὸ Κουράνιόν σου. Πῶς οὖν τὰ τοιαῦτα φληναφήματα ἔχων ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ἔχεις αὐτὸν ἀπὸ Θεοῦ ἀπεσταλμένον; ἀλλὰ καὶ εἰ κηρύττεσθε, ὅτι κατῆλθεν ὁ Μουχάμετ ἐξ οὐρανοῦ μετὰ τὸ συντυχεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εὗρεν ἔτι ζέουσαν τὴν στρωμνὴν αὐτοῦ, καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ τοῦ Χριστιανοῦ, ποῖον ἔχεις μάρτυρα τούτου, καὶ λέγεις, ὅτι ἡ θυγάτηρ μόνη ξοῦ Μουχάμετ ἡ Φάτμα μαρτυρεῖ. Καὶ ὅταν μὲν γένηται ἐξ ὑμῶν γυναῖκα νόμιμον φέρεις μάρτυρας ιβ'. Καὶ περὶ τοῦ Μουχάμετ οὐδένα ἔχεις μάρτυρα, εἰ μὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ μόνην. Καὶ γοῦν χωρὶς μαρτύρων εἰς τὴν τούτου ἀνάληψιν, πῶς μαρτυρεῖς σὺ, ὅτι ἀνελήφθη; Πῶς ἐκ τῆς μαρτυρίας τῆς Φατμᾶς παριστᾷς τὴν τούτου ἀνάληψιν; Ἄπιστος ἡ τῆς γυναικὸς μαρτυρία. Καὶ νυκτὸς, καὶ κρυφίως ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κατέβη μὴ παρέντος γνωσθείς. Ὡς ἀληθεύειν τὴν τούτου ἀνάληψιν, οὕτως καὶ εἰς τὴν προφητείαν αὐτοῦ. Δεῖξόν μοι, πρὸ τῆς ἀναληφθῆναι, εἶχεν γυναῖκα, ἢ μετὰ ταῦτα; Πῶς οὐκ αἰσχύνῃ; Καὶ πάλιν πῶς λέγεις, ὡς ἀπὸ τοῦ Κουρανίου σου, ὅτι ἐὰν οὐκ ἦν ὁ Μουχάμετ, καὶ ἡ ἐκ Θεοῦ σφοδρὰ ἀγάπη αὐτοῦ, οὔτε θρόνος, οὔτε ἄγγελος, οὔτε οὐρανὸς, οὔτε ἥλιος, οὔτε σελήνη, οὔτε ἀστέρες, οὔτε γῆ, οὔτε ἄνθρωποι ἔμελλον εἶναι. Παμβέβηλε, νῦν τίς ἐστιν ἀσεβὴς καὶ ἄθεος, ἐγὼ, ἢ σύ; ποῦ ὁ Μουχάμετ, ὅταν ὁ θρόνος ἦν τοῦ Θεοῦ,

καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ ; Καὶ μετὰ ταῦτα ὅταν οἱ ἄγγελοι ἦσαν, καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ, ὑμνοῦντες, καὶ δοξολογοῦντες τὸν ἐπὶ θρόνου καθήμενον.

A solem, lunam, sidera, nec ulli homines fuissent unquam exstituri. Scelestissime, quis est impius et atheus, ego an tu? Ubi erat Muhammed cum erat solium et thronus Dei, et Deus illi insidens et cum erant angeli, et cœlum, et terra, et homines, et omnes creaturæ terrestres laudibus et hymnis prosequentes sedentem super thronum.

Λοιπὸν γοῦν ἀρνῇ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἣν εἶχεν πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ὃς ἔπλασεν αὐτὸν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ, καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν, Νῶε, Μωϋσῆν, Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, τὸν Δαβὶδ, τὸν Σολομὼν, τὸν Ζαχαρίαν, τὸν Πρόδρομον Ἰωάννην, οὓς καὶ τὸ Κουράνιόν σου μαρτύρει, ἐπαινῶν καὶ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ λέγει εἰς τὸ Κουράνιόν σου · Ἐξῆλθεν ἐκ Θεοῦ καὶ ἔστιν Λόγος αὐτοῦ, καὶ συνάναρχος. Ἀλλὰ δεῖξαι ἔχω, ὅτι ψευδὲς ἦν τὸ Κουράνιόν σου τὸ διδαχθὲν παρὰ τοῦ Ὀθμάνη. Λέγει γοῦν τὸ Κουράνιόν σου εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς τραπέζης, ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστι τοῖς ἀνθρώποις, ἅπερ ἔρχονται. Εἰσέτι παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ τὸν Θεὸν ποιεῖς αἴτιον, τοὺς δέ γε λῃστὰς, καὶ τοὺς φαρμακοὺς, καὶ φονεῖς, καὶ τοὺς κακῷ θανάτῳ τελευτῶντας οὕτως, φησὶν, ὁ Θεὸς ἔγραψεν. Ἀνόητε καὶ βραδὺ τῇ καρδίᾳ, ἐπὶ τὸ Κουράνιον σου Λόγον Θεοῦ λέγεις, πῶς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ψεύδεται, καὶ τὸ πονηρὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐκ Θεοῦ ἐστιν ; ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως πῶς οὐκ ἀφώρισται τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς; Ἀλλὰ τοῖς μὲν δικαίοις ὁ παράδεισος, καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἡ κόλασις. Τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἐκ Θεου ὄντος, πῶς ἐξεχωρίσθη ὁ Ἀδὰμ τοῦ παραδείσου. Πῶς ἐξέπεσεν ὁ διάβολος εἰπών · Θήσω τὸν θρόνον μου ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ · εἰ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστι, πῶς ἀπώλοντο Σόδομα, καὶ Γόμορρα αὐτοῖς ἔργοις, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν ; Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, πῶς ὁ κόσμος ἀπώλετο; Καὶ πῶς ἑβδομήκοντα δύο φυλῶν οὔσης τῆς γενεᾶς τῶν Μουσουλμανῶν, ἡ μία ἐστὶν, ὡς λέγετε, τοῦ παραδείσου ; καὶ αἱ ἄλλαι τῶν κολάσεων ; Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῶν λόγων ψεύδεσαι ; Καὶ οὔτε, ὡς σὺ λέγεις, ἔστιν τοῦ Θεοῦ τὸ Κουράνιόν σου, οὔτε ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατῆλθεν, ὡς ληροῖς. Καὶ γὰρ ἄδικον ποιεῖς τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Θεὸς κρίνει τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρὸν, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀξίως.

Sic debes negare dilectionem Dei erga Adamum, quem formavit et illius liberos, et Abrahamum, et Isaacum, et Jacobum, et omnes patres antecessores nostros, Noam, Mosen, Jesum filium Nave, Davidem, Salomonem, Zachariam, Joannem Præcursorem, quos memorat Alcoranus tuus, celebrans et ipsum Dei Verbum Jesum Christum. Sed dicitur de Corano tuo : Exivit a Deo et est illius Verbum, sicut ille sine principio exsistens. Ostendam vero falsum esse Coranum tuum quem tradidit et docuit Othmanes. Dicit ergo Coranus tuus in principio sermonis de mensa, quod omnia quæ hominibus contingunt bona vel mala a Deo procedunt. Si ergo Deum facis omnis boni et mali auctorem, latrones, veneficos, homicidas, violenta morte pereuntes Deus tales futuros scripsit et determinavit. Inepte, et corde spirituque tarde, si Coranum Verbum Dei esse existimas, quomodo Vorbum Dei potest falsa pronuntiare, et si bonum et malum a Deo est, in dii judicii quomodo separata et distincta conceduntur justis et injustis ! Sed justos paradisus, peccatores vero supplicia manent. Bono ac malo æque a Deo orientibus, quare Adamus paradiso pulsus et ejectus fuit ? Quare cecidit et ruit diabolus dicens : Collocabo thronum meum super nubes cœli, et ero similis Altissimo. Si malum et bonum habent Deum auctorem, quare operibus suis vastatæ sunt Sodoma et Gomorrha, et in peccato suo perierunt ? Similiter temporibus diluvii Noe, quare periit mundus? Et quare septuaginta duarum tribuum et familiarum generationis Musulmanicæ, unica tantum, ut asseritis, paradisum consequetur, aliæ vero pœnis et suppliciis adjudicabuntur ? Vides quomodo mentiaris, et Coranum tuum nec a Deo origines habere, nec e cœlo descendisse, ut delirus asseris. Nam Deum ipsum injustum fingis, dicens bonum et malum a Deo originem habere. Sed judicat bonum et malum, et convenienter reddit unicuique secundum opera sua.

Λέγεις · Ὅστις οὐ πλύνει τὴν καθέδραν τοῦ, εἶτα τὸ στόμα του, εἰς παράδεισον οὐκ εἰσέρχεται καθὼς διαλαμβάνει τὸ Κουράνιόν σου. Καὶ αὖθις φησι, ὅτι ὁ τρώγων χοίρειον κρέας, οὐκ εἰσέρχεται εἰς παράδεισον ὅτι μιαίνεται ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν, ὁ μέλλων λαβεῖν γυναῖκα, ἐνώπιον δέκα μαρτύρων λαβέτω αὐτὴν, ἵνα δικαία ἐστὶν αὕτη ἡ πρᾶξις. Πῶς δέκα μαρτυρίας διὰ γυναῖκα ζητεῖς, καὶ διὰ τὸν προφήτην σου οὐδένα, τὸν συντυχόντα τῷ Θεῷ στόμα πρὸς στόμα ; Λοιπὸν, οὔτε τὸν Θεὸν γινώσκετε, οὔτε προφήτην, οὔτε ἀπόστολον, οὔτε σημεῖα οἴδατε, οὔτε τέρατα. Οὔτε τὸ Κουράνιον ὑμῶν ἐστιν Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὅτι Θεὸν οὐ γινώσκετε. Ὅτι οὐγ

Audi vero hanc parabolam: Homo quidam erat indutus stola seu veste alba, cum vero in via pergeret cœno et luto referta et sordida, cecidit in solum et locum saxis et lapidibus asperum; vestis quidem luto et cœno fuit maculata, sed pes saxi cujusdam allisione contritus fuit. Quidam vero illum ex isto discrimine tollentes et levantes, illum de-

Ἄκουσον οὖν τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις στολὴν λευκὴν ἦν ἐνδεδυμένος, περιερχόμενος ἐν ὁδῷ βεβορβορωμένῃ, καὶ πεσὼν ἐν τῷ πλάματι, εὑρέθη ἐν αὐτῇ πέτρᾳ, καὶ ἡ μὲν στολὴ ἡ λευκὴ ἐμιάνθη ὑπὸ τοῦ βορβόρου, καὶ ὁ πούς αὐτοῦ ἐθλάσθη ἀπὸ τῆς πέτρας. Ἄρασές οὖν τινες αὐτὸν ἀπήγαγον ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐμβαλόντες

ἀπέπλυναν μετὰ σαπουνίου· καὶ ἀπελευκάνθη κατὰ τὸ πρότερον. Τὸν δὲ θλασθέντα πόδα οὐ δύναται τὸ ὕδωρ μετὰ σαπουνίου ἰατρεῦσαι, εἰ μὴ ἰατροῦ ἐμπείρου καταλαβόντος ἐν πολλῇ σχολῇ καὶ φροντίδι ἀποκαθίστασθαι ὑγιῆ, ὡς τὸ πρότερον. Ὁ δὲ προφήτης σου οὕτως ἐδίδαξεν, ὅτι ὑπὸ τοῦ ὕδατος καθαρίζεται καὶ ἀπολούεται πᾶσα νόσος ψυχῆς, καὶ σώματος. Ἆρτι τὸ ὕδωρ οὐκ ἴσχυσεν ἀγιᾶσαι τὸν θλασθέντα πόδα ὁρατόν τε καὶ φαινόμενον. Πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀόρατον ψυχὴν [οὐ] δύναται ἁγιᾶσαι καὶ ἀποπλῦναι; Εἰ μὲν λέγεις, Εὐχή ἐστι ψυχῆς ἁγιασμός, πῶς οὐκ ἔστι καὶ τοῦ σώματος; Νῦν δὲ λέγω σοι· Δεκτόν ἐστι πρότερον θεραπεῦσαι τὸ θλᾶσμα τοῦ ποδὸς, εἶτα πλῦναι τὴν στολὴν καὶ λευκᾶναι, ἦγουν πρώτην τὴν ψυχὴν ἁγιᾶσαι, καὶ φωτίσαι, καὶ αὐτό τε τὸ σῶμα νίψαι μετὰ ὕδατος καὶ σαπουνίου. Οὐαί σοι, ἐλεινέ, μέρος κρίσεως· τὴν ἁγίαν ψυχὴν καλοῦσιν ἐν παραδείσῳ, ἢ λέγουσιν, Ἐλθὲ, πλυνόκωλε ἐν τῷ παραδείσῳ.

mum deduxerunt, et illius vestem exuentes, et illam in aquam projicientes, cum sapone et smegmate illam lavarunt, et pristino splendori et candori restituerunt. Aqua vero et smegma non possunt juvare pedem laborantem et contritum, sed ars sola medici experientissimi, qui in se recipit onus cum tempore et cura, illum pristinæ sanitati reddere et restituere. Propheta vero tuus tali te doctrina instituit, omnes scilicet animæ et corporis morbos cum aqua purgari, lavari et removeri. Jam vero aqua non valuit curare contritum pedem visibilem et in sensus incurrentem, quomodo ergo posset animam invisibilem lavare et sanctificare? Si dicas: Oratio est animæ sanctificatio, quare non valet etiam corpus ipsum sanctificare? Nunc vero istud et amplius dico tibi, convenientius est primo curare vulnus pedis, et deinde accedere ad vestem lavandam et dealbandam, sic primo animæ cura debet nos sollicitare, ut sit nimirum sancta, et illuminata, deinde, corporis aqua et smegmate lavandi est habenda ratio. Væ tibi, miserrime portio futura ultimi judicii. Ad vocatur anima ad paradisum et dicitur: Veni, o cinnilote, veni in paradisum?

Ὅταν γοῦν τελευτήσῃ ὁ ἄνθρωπος καὶ ταφῇ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας οὐχ ὑπάρχει, βρῶμα καὶ σκώληξ, καὶ ὄζει καὶ φθείρεται, καὶ ὅτι ἐὰν μὴ πολλῷ χώματι καὶ πλακί τινι, καὶ ἀσπαλῶς περικρυβῇ τῷ σώματι, ὁ ἐγγίσας αὐτοῦ πλησίον ἀπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας ἐτελεύτα ἄν. Νῦν δὲ τις ὠφέλεια τῷ ἀνθρώπῳ τὸν κῶλον αὐτοῦ πλύνειν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ; φησὶ γὰρ ὁ προφήτης Δαβίδ· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός. » Καὶ ὁ Μωϋσῆς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἐνήστευσεν, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ἔζετο, λαβὼν δὲ φύλλα δένδρου ἀπεσπόγγισε τὰ χείλη αὐτοῦ. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς αὐτῷ, εἶπεν· Διὰ τί ἐσπόγγισας τὰ χείλη σου μετὰ τῶν φύλλων; Ὕπαγε, νήστευσον ἑτέρας τεσσαράκοντα. Κἀγὼ νῦν ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος ζητῶ, ἐὰν βρομῇ τὸ στόμα σου, τί πρός με; Χοῦς ὑπάρχεις, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ἆρτι εἰπέ μοι, ὦ Ἀγαρηνέ, ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἐκατεδέξατο τὸ στόμα τοῦ προφήτου ὄζον, καὶ οὐκ εἶπον, Πλῦναι μετὰ ὕδατος αὐτοῦ τοῦ προφήτου, ἢ σπόγγισαι· σὺ πῶς λέγεις, ὅτι μετὰ τοῦ ὕδατος ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα; πεπλάνησαι. Καὶ ὅταν ἁμαρτάνῃς, οὐ μόνον τὸ σῶμα λαμβάνει τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή. Νῦν δὲ τὸ σωμα ἔπλυνας ἀπὸ τῆς ῥυπαρίας μετὰ τοῦ ὕδατος, τὴν δὲ ψυχὴν τὴν ἀόρατον μετὰ ποίου ὕδατος θέλεις καθαίρειν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας; Καὶ πῶς προτιμᾷν τὸ σῶμα ἐκπλύνειν καθ' ἡμέραν πεντάκις, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι; Οὐχὶ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει μείζων τοῦ σώματος; Ὥσπερ τὴν στολὴν ἐλεύκανας, καὶ τὸ θλάσμα τοῦ ποδὸς οὐκ ἠδυνήθης θεραπεῦσαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ μετὰ ἰατρῶν καὶ βοτανῶν ἀρίστων.

Cum vero aliquis mortuus est et sepulcro conditus, et corrosus, et redactus in putredinem et vermes, fetet et prorsus corrumpitur, et nisi multa terra tumulata, et asseribus, et maxima diligentia absconditur corpus, talem exhalat fetorem, ut propius accedentes tetro odore statim enecentur. Jam vero quid juvat hominem singulis diebus tanta cura culum et colum lavare? Ideo dicit David propheta: O Deus, crea in me cor purum et mundum. Et cum Moses jejunasset quadraginta dies et noctes incepit acescere illius halitus, et ore ingratum odorem emittere; accipiens vero folia arboris cujusdam quibus labia voluit irrorare et detergere, exarsit statim ira Dei et dixit; quare foliis labia detersisti? Abi et jejuna adhuc alios quadraginta dies, nam ego volo sanctificationem non corporis sed animæ, si male olet os tuum, quid hoc ad me? Tu es terra et in terram et pulverem reverteris. Jam vero, o Agarene, dic mihi, quandoquidem Deus toleravit et admisit os fetens prophetæ Mosis, et non jussit prophetam, ut os suum aqua lavaret et detergeret, tu qua verecundiâ potes asserere animam et corpus aqua purgari et sanctificari? Erras. Nam cum peccas non tantum corpus inquinatur, sed etiam anima peccati labe inficitur. Si vero corporis sordes aqua abstergis et deles, qua aqua animam invisibilem a peccato liberare et purgare conaris? Et qua ratione fit ut prius curetur corpus et quinquies singulis diebus purgetur et mundetur, anima vero neglecta et illota relinquatur? Annon anima dignitate corpus ipsum superat? certe res ita se habet ut in parabola vestis et pedis. Vestem potes curare et dealbare. Sed pedem vulneratum et contritum non poteris juvare aqua, sed experientia medicorum, et viribus herbarum præstantiorum.

Νῦν θέλω σοι εἰπεῖν. Σὺ ἔχεις τάφον ἔχοντά τι ἔξωθεν ἐγκοίμησμα πάνυ θαυμαστὸν ἀπὸ χρυσίου καὶ μαργάρων, ἔσωθεν δὲ δυσωδίας καὶ σκωλήκων γέμει. Πάλιν ἐρωτῶ σε, ὅταν χωρισθῇ τὸ βρέφος ἐκ

Nunc et aliud urgere volo. Habes sepulcrum mira prorsus lorica circumdatum, et variis margaritis et auro decoratum, interius vero est plenum fetore et vermibus. Rursus aliud te interrogabo, cum

partus ex ventre matris emittitur, illius corpus aqua mundatur. Est vero molle illius corpus, et non potest adhuc orare, quod dico ne hinc occasionem invenias asserendi quod per preces sanctificatur illius anima ad ultimam usque mortis momentum. Ostendi ergo tibi quod aqua nec corpus nec anima sanctificantur. Si vero regeras quod fetus recens natus debeat circumcidi et sic sanctificari, respondeo, nec in hoc etiam consistere corporis vel animæ sanctificationem. Sed Israelitæ hanc habuerunt gentis et generis sui notam qua ab aliis gentibus distinguerentur. Iterum ergo atque iterum tibi dico quod qui docet Deum ratione carentem, omnino ille ipse caret cognitione et pietate, ut tibi supra repræsentavi.

A τῆς κοιλίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καθαρίζεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ ὕδατος. Αὐτοῦ γὰρ μαλακὸν τὸ σῶμα, καὶ οὐ δύναται εὐχὴν ποιῆσαι, ἵνα εὕρῃς ἀφορμὴν ὅτι μετὰ τῆς εὐχῆς ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μέχρι θανάτου. Ἔδειξα σοι, ὅτι τὸ ὕδωρ οὐ καθαρίζει ψυχὴν οὔτε σῶμα. Εἰ δὲ λέγεις ὅτι χρὴ περιτέμνεσθαι, καὶ οὕτως ἁγιάζεται, λέγω σοι, Αὐτὸ οὔτε τῶν σωματικῶν ἐστιν ἁγιασμὸς, οὔτε ψυχῆς. Ἀλλ εἶχον οἱ Ἰσραηλῖται τοῦτο γνώρισμα τῆς ἰδίας γενεᾶς, διαστῶν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Ἀλλὰ καὶ αὖθις λέγω σοι, ὅτι ὁ ἄλογον Θεὸν δογματίζων, καὶ ἁπλοῦν, εὐσεβείας ἐστὶν καὶ γνώσεως ἄμοιρος, καθὼς καὶ ἔδειξά σοι ἐξ ἀρχῆς.

Rursus vero te interrogabo de viginti quatuor myriadibus prophetarum quos jactare soles, ut eorum nomina referas, et quid singuli vaticinati sunt, quo miraculo inclaruerint, quo tempore, quove sub imperio exstiterint. Totus orbis constat septuaginta duabus linguis, ut notum est. Et si potes memorare tuos prophetas secundum numerum linguarum totius orbis, fidem tibi habebimus. Nunc vero ne quidem centum prophetarum nomina potes referre. Audi quippe a me Edesseno rem quam tibi narrabo. Die quodam Zecchetes seu religiosus quiescens, accessit ad quemdam Calepitarum, spe fretus quod ab illo rogam seu eleemosinam esset accepturus. Petit ergo ut quo erga Deum et prophetas amore ferebatur, vellet illi nummum erogare ad singula quæ memoraretur prophetarum nomina. Sedit vero illi petitioni obtemperaturus. Et cum coram se collocasset magnam numererum copiam, efflagitavit ab illo, ut singula Prophetarum nomina recenseret, ad quodlibet prophetæ nomen nummum accepturus. Cum vero jam quosdam nummos accepisset, et quorumdam nominum prophetarum recordatus fuisset, statim hæsit memoria, et ultra non suppeditavit, etiamsi alter instaret et urgeret. Sic tentatus et irrisus fuit a Moratino, et pactum et conditio rescissa, et ab illo improbata. Si tunc adfuissent Christiani, annon ipsi vos ludibrio et risu excepissent. Cum ergo ignoretis prophetarum nomina, quomodo tantum prophetarum numerum apud vos floruisse audetis asserere, et quare non erubescis tot nummos efflagitare quot sunt nomina prophetarum, quæ tamen memorare non potes, et sunt tibi prorsus ignota. Sed ad ea quæ dixi rursus regeris, Adamum fuisse prophetam primum; Muhammedem vero ultimum fuisse. Insulse et extra jacens veritatis orbitam. In variis locis deprehendi te dicentem, quod erat Muhammed, ante

B Πάλιν δὲ ἐρωτῶ σε περὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων χιλιάδων προφητῶν ὧν ἡμᾶς διδάσκεις, ὥστε καὶ τὰ ὀνόματα ἐξειπεῖν, καὶ ὁ καθεὶς αὐτῶν ἐπροφήτευσεν, ἢ ποῖον θαῦμα εἰργάσατο, καὶ ἕκαστος ἐπὶ ποίαν βασιλείαν ὑπῆρχεν; Ὁ κόσμος ὅλος ἑβδομήκοντα δύο γλῶσσαί εἰσιν, ὡς οἴδαμεν. Καὶ ἐὰν ἔχῃς εἰπεῖν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν γλωσσῶν τόσους προφήτας, ἐπιστεύομέν σοι. Νῦν δὲ οὐδὲ ἑκατὸν προφητῶν ὀνόματα δυνῇ εἰπεῖν. Ἄκουε γὰρ παρ' ἐμοῦ Ἐδεσηνοῦ. Μίαν οὖν τῶν ἡμερῶν ἦλθεν Ζεκχέτης τις, τοῦτ' ἔστιν, ἡσυχαστὴς, εἰς τὴν ῥοῦγάν τινι τῶν Χαλεπιτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐὰν ἀγαπᾷς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς προφήτας, χάρισόν μοι νόμισμα ἕν, ἑκάστου προφήτου ὀνόματι. Καὶ ἐκατέθετο αὐτῷ δοῦναι ὡς ἠτήσατο. Καὶ θεὶς ἐνώπιον αὐτοῦ πλῆθος νομισμάτων, ἀπῄτησεν αὐτὸν λέγειν καθενὸς προφήτου ὄνομα, καὶ λαμβάνειν ἀνὰ ἓν νόμισμα. Ὁ δὲ ἀρξάμενος τοῦ λαμβάνειν τὰ νομίσματα, μόλις ἤρξατο καὶ ἐμνήσθη τινῶν ὀνομασιῶν, καὶ ἀπαιτούμενος οὐκ ἐμνήσθη ἔτι. Διὸ καὶ οὗτος κατεγελάσθη παρὰ τοῦ Μορατίνου, καὶ ἐπειράθη, καὶ τὰ νομισθέντα ἐμέμφθη παρ' αὐτοῦ. Εἰ παρέτυχον ἆρα τινὲς Χριστιανοὶ ὧδε, οὐ κατεγέλασαν ἂν ὑμᾶς; Πῶς οὖν ὑμεῖς, ἐπεὶ οὐ γινώσκετε τῶν προφητῶν ὀνόματα, τοσούτων πλῆθος προφητῶν λέγεις ἔχειν ὑμᾶς; Καὶ ἐπετόλμησας οὐ ζητῆσαι τοσαῦτα νομίσματα περὶ ὧν οὐ γινώσκεις ἀριθμὸν τῶν ὑμετέρων προφητῶν. Λέγεις μοι πάλιν, ὅτι πρῶτος προφήτης ἐστὶν ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἔσχατος ὁ Μωχάμετ, Ἄφρων, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας. Ἐν διαφόροις τόποις εὕρηκά σε, ὡς λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἦν. Καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ πῦ ἐκατοίκει, καὶ λέγεις· Μεταξὺ πηλοῦ καὶ ὕδατος ἐκρύπτετο. Καὶ λοιπὸν πῶς ὕστερον ἐστιν τοῦ Ἀδὰμ, ἐπειδὴ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὑπῆρχεν; Σὺ καὶ αὐτὸ λέγεις. Σὺ καὶ ἀνατρέπεις, καὶ πῶς οὐκ ἐροθριᾷς, ἀσύνετε;

jacta mundi fundamenta, et rogatus a me ubinam habitabat, asseris illum occultatum fuisse inter lutum et aquam. Si vero res ita se habeat, quomodo est tempore Adamo posterior, si nimirum exstitit ante conditum mundum? Tu idem asseris et evertis. O omnis cognitionis expers, quare tu non erubescis?

Sed iterum te interrogabo: dic ergo mihi ubi et quando natus est Muhammed, quo profectus, ubinam mortuus et humi additus exuit, aut quomodo

Ἀλλ' ἐρωτῶ σε πάλιν, καὶ εἰπέ μοι, ποῦ, καὶ πότε ἐγεννήθη ὁ Μουχάμετ, καὶ ποῦ ἐπορεύετο, καὶ ποῦ ἐτέθη, ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ

πῶς καλεῖται, πάντα οὐ γινώσκεις. Ἀλλ' ἐγὼ γινώσκω, καὶ καλῶς ἐπίσταμαι. Ἐὰν ἀγνοεῖς τὰ σὰ γράμματα, καὶ τὰ ἐμά. Κἂν σὺ τὰ ἐμὰ οὐ γινώσκεις, ἄκουσον λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ διδάχθητι οὐ μόνον περὶ τοῦ πάππου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἕως γενεὰς δέκα τοῖς ἑαυτοῦ. Ἐγὼ δὲ διὰ ἀναδιδάσκω τὸν υἱόν μου· τὸν δὲ υἱόν μου οὐκ ἐνδέχεται τουτο ποιεῖν, ὅτι οὐ δύναται. Οὕτω γὰρ καὶ ὑμεῖς οὐ δύνασθε περὶ του Μουχάμετ ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς ἡμεῖς οἱ Χριστιανοί· διότι ἡμεῖς πρὸ τοῦ Μουχάμετ ἐσμὲν, καὶ ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτοῦ ἅπαντα. Ὅμως καὶ ἐὰν οἴδατε ὑμεῖς, δείξατε ἡμῖν περὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ κἂν μίαν ἑορτὴν, καὶ περὶ τοῦ ἀναληφθῆναι αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανόν. Εἰπέ μοι, τί ἑορτάζεις; ἢ καὶ διὰ τὴν θανὴν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐτάφη, καὶ τίς ἡ ψαλμῳδία τῆς κοιμήσεως αὐτοῦ; Τὰ βιβλία ὑμῶν ὅλα διῆλθον, καὶ οὐδεμίαν εὗρον ὑπόθεσιν γεγραμμένην περὶ ἐπαίνου καὶ ὕμνου. Οὐδὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἰεμένα ἐχαιρετήθη ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ, οὔτε ἡ δύναμις ἐξ ὕψους κατῴκει ἐν αὐτῇ, καὶ ἔγγυος γέγονεν, οὔτε Πνεῦμα ἅγιον ἐκάλεσεν αὐτὴν ἁγίαν, καὶ πρὸ τοῦ τόκου παρθένον, καὶ μετὰ τόκον παρθένον μένειν. Εἰ μὴ [εἰ] γράφη οὕτως, ὅτι ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων δούλη ἠγοράσθη. Πῶς οὖν αὐτὴν τὴν δούλην, καὶ τὴν ἁγίαν, καὶ μακαρίαν, καὶ πανάμωμον Παρθένον τὴν Μητέρα τοῦ Θεοῦ Λόγου ἴσας ποιεῖς, ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς ἰσότης; Οὕτω καὶ ὁ Μουχάμετ ἴσος ἐστὶν τῷ Χριστῷ, ὅτι ὁ Μουχάμετ νεκροὺς οὐκ ἀνέστησεν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ὁ Χριστὸς τὸν τετραήμερον Λάζαρον ἀνέστησεν, οὐδὲ τοῦ γεγεννημένου τυφλοῦ ἤνοιξεν ὀφθαλμοὺς, οὔτε πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐθεράπευσεν, λεπροὺς οὐκ ἐκαθάρισε, κωφοὶ καὶ ἄλαλοι οὐκ ἰάθησαν παρ' αὐτοῦ, οὔτε βίαν ἀνέμων καὶ ἀγριαίνοντα κύματα ἔστησεν, καὶ ἐν ὕδατι ὥσπερ ξηρᾷ ἐπεριπάτησεν, καὶ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ οὐκ εἰσῆλθεν τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, οὔτε μετεμορφώθη πρόσθεν τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ἀναμάρτητος οὐκ ἦν, οὔτε ἀθάνατος, οὔτε δικαιοκριτής. Πῶς ἴσον ποιεῖς αὐτὸν τῷ Χριστῷ; ἐπεὶ τοιοῦτόν τι οὐ πεποίηκεν ὁ Μουχάμετ, οὐδὲ ἄλλο ἕτερον τὸ οἱονοῦν. Οὔτε ἀληθείας ἐχόμενος, οὔτε δικαιοσύνης, ἀλλὰ μᾶλλον, ὅτι πᾶσαν ἀδικίαν ἐνεδείξατο καὶ διετάξατο φονεύεσθαι πάντα τὸν μὴ λέγοντα αὐτὸν Θεοῦ ἀπόστολον. Καὶ σὺ λέγεις ἀναιδῶς, ὅτι ὁ Μουχάμετ καὶ ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ἐστιν· περὶ δὲ τοῦ βίου τοῦ αὐτοῦ Μουχάμετ λέγω σοι·

pater illius, aut avus vocabatur. Ista omnia non nosti, illorum vero non sum ignarus, imo ea probe novi. Ignoras forsan tua sicut nostra. Sed si nostra tibi sunt incognita, audi tua et disce a me non tantum quis fuerit illius pater aut avus, sed audi sursum et retro, de cem illius generationes. Ego quidem doceo filium meum, sed ille non idem præstat et revera non potest. Sic etiam non potestis tam accurate ea nosse quæ spectant Muhammedem sicut nos Christiani; nam sumus ipso Muhammede multo vetustiores, et quæ ad illum pertinent nobis perspicue cognita sunt. Dicatis ergo nobis si hoc vobis sit cognitum, quodnam festum celebretur in memoriam nativitatis et assumptionis illius in cœlos. Dic mihi quæ dies solemnis instituta ad nativitatis vel mortis vel sepulturæ illius memoriam recolendam; quinam psalmi et odæ decantantur in honorem dormitionis? Omnes tuos libros evolvi, sed nullum inveni argumentum, vel declarationem scriptam de laudibus et hymno quibus fuerit celebratus. Nec angelus Gabriel salutavit Jemenam Muhammedis matrem, nec virtus Altissimi in illa habitavit ut prægnans et gravida evaderet; nec Spiritus sanctus illam vocavit sanctam, nec fuit virgo ante partum nec post partum virgo mansit. Sed tantum hoc scriptum invenitur, quod, cum esset serva, a variis hominibus redempta fuerit; quomodo ergo istam servam, et sanctam, beatam, immaculatam Matrem Dei Verbi, suppares facis, cum inter illas nulla sit æqualitas. Sic Muhammed scilicet est æqualis Christo, cum tamen mortuos non excitaverit, nec sicut Christus quatriduanum Lazarum ad vitam revocaverit, nec cæci oculos aperuit, nec omnia morborum et infirmitatum genera curavit, nec lepra laborantes mundavit, nec surdi nec muti ab illo sanati, nec vim ventorum furentesque fluctus compescuit, nec salum ut solum pedibus calcavit, nec januis clausis ad discipulos suos penetravit, nec transfiguratus fuit coram illis, nec fuit peccati purus, nec immortalis, nec judex æquissimus. Quomodo ergo Mahummedem Christo parem potes asserere, cum talia vel similia nunquam ille præstiterit, nec veritatis et justitiæ fautor et promotor exstiterit, imo potius se injustitiæ mancipium exhibuerit, cum omnes trucidari jusserit, qui illum Dei opostolum confiteri recusarunt? Tu vero inverecunde et impudenter asseris Muhammedem et Christum omnino pares fuisse; sed ad ea quæ spectant vitam et mores Muhammedis nunc me converto, et dico:

Ὁ λεγόμενος Ἀμπτουλμουτάλεπ οὐδεὶς ἦν ἀπὸ τοῦ γένους τῶν νῦν Μουσουλμανῶν γνῶναι αὐτὸν, οὔτε οἴδατε, οὔτε γνωρίζετε. Ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ οἱ πιστεύοντες τῷ λογικῷ καὶ ζῶντι Θεῷ, καὶ πρὸς αὐτὸν ὑπάρχομεν καθὼς καὶ κληρονόμοι τῆς γῆς τυγχάνομεν. Καὶ οἴδαμεν αὐτὸν καὶ ἐγνωρίσαμεν, λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ ὀφείλεις μαθεῖν περὶ πάντων, ὧν οὐ γινώσκεις. Ὁ Μουχάμετ ἐγένετο υἱὸς Ἀμπτουλᾶ, ὁ Ἀμπτουλᾶς υἱὸς Ἀμπταλμουταλίπ, ὁ Ἀμπταλμουταλὶπ τὶὸς Ἀσὲμ, Ἀσὲμ υἱὸς Ἀδελμουνέφη, Ἀδελμουνέφη υἱὸς Κουσὶ, ὁ Κουσὶς υἱὸς Λουαΐ, Λουαΐ

Is, cui Amptoulmoutalepo nomen erat, ignotus erat toti Musulmannorum genti, et nequidem nunc, quis ille fuerit apud vos notum et compertum est. Nos vero Christiani qui credimus Deo viventi et rationali, qui illi adhæremus, et qui totius terræ hæredes sumus, illum probe cognovimus. Sed hac de re sicut et de multis aliis quæ tibi sunt incognita debes a me doceri. Muhammed fuit filius Amptoulæ, Amptoulas vero fuit filius Amptalmoutalipi, Amptaulmutalip, filius Asemi, Asemus filius Adelmunaphi, Adelmunaphe filius Cusi, Cusis filius Lovæ, Lova

filius Mutracæ, Mutracas filius Cainan, Cainan filius Emuldab, Emuldab filius Elisai, Elisai filius Metusalach, Metusalach filius Arphalxiach.

Audi nunc, insulse, ea quæ spectant avum Muhammedis Amptulmutalipum, imo ea ipsa quæ contigerunt ad ultima Muhammedis ipsius fata. Ea vero quæ dixi, et imposterum dicam et scribam, ea petita sunt et hausta omnia ex scriptis et libris ipsorum Chaldæorum. Amptulas Muhammedis pater in foro quodam Arabum emit sibi uxorem Jemenam Muhammedis matrem, puellam et filiam cujusdam cui Leoni nomen erat. Cum vero Muhammedem peperisset, elapsis decem annis tandem post exstincta est. Muhammed vero matre orbatus, ab Amptoutalepo fuit educatus, et cum ad annum vigesimum quartum ætatis suæ pervenisset, decem uxores duxit, quibus sex concubinas captivas superinduxit. Prima illius uxor vocabatur Caditsa filia cujusdam Cbalepi; secunda Amptalme filia Saphove: tertia Aisai, filia Omari; quarta Asiai, filia Apupacri, seu Mpoumpaci, qui Muhammedi succesit et post illum sedem occupavit, id est fuit Calipha; quinta fuit Maria Ægyptia; sexta Zaite; septima Zulcha, et quæ sequuntur. Jam vero tibi narrabo unde et quomodo illas habuerit et duxerit. Caditsa hauriehat aquam, et camelis potum suppeditabat; cum vero illac transiret Muhammed, aquam ipse petiit a puella, quam ut cum illo matrimonio jungi vellet, nulla mora rogavit. Respondit vero Caditsa, vultum quidem tuum possum conspicere, sed tamen non audeo ad te accedere; an tu non es ille propheta qui inter Corasiotas natus est? Respondit: Imo ille ipse sum. Et ad patrem puellæ accedit, illamque conjugio sibi sociandam a patre impetravit Amptalmeo vero duxit, tanquam servam domesticam, et in ædibus suis natam, quam cum prius defloravisset et devirginasset, illum postea connubi sibi junxit.

Aisai vero cum e longinquo videret incedentem et accedentem Muhammedem, extendit phaciolium suum, super quod cum incessisset, dixit puellæ, gratias ago tibi. Magna est fides tua, misit vero ad illius patrem jubens ut filiam ad se mitteret uxorem sibi sociandam. Audite vero nuntio, puellæ pater maximo perfusus est gaudio, illamque misit ad Muhammedem cum oxygalacte ut illud comederet, et pro illis precaretur. Abrepto vero lacte, illo se saginavit, et tandem puellæ virginea claustra salaci sicula temeravit. Maria vero erat Ægyptia, quæ erat in urbe Mpois, sita in agro Damasceno. Cum vero illic pervenisset Muhammed cum camelis domicæ suæ quos conducta mercede regere solebat, vidit puellam et illam adamavit, illamque uxorem in domum suam deduxit. Zaiten etiam aquam haurientem et spargentem cum vasculo quodam fictili, et purpureis genis conspicuam statim adamavit, quam manu comprehensam, sic est allocutus: Nullus præter me in te potestatem et jus habebit, et postea illam pro uxore habuit. Quod cum pater audivisset, totum se maximo permisit gaudio, et ad Muhammedem profectus, coram illo procubuit, dicens: Unde

υἱὸς Μουτρακᾶ, Μουτρακᾶς υἱὸς Καϊνᾶν, Καϊνᾶν υἱὸς Ἐμουλδάδ, Ἐμουλδάδ υἱὸς Ἀλισαΐ, Ἀλισαΐ υἱὸς Μετουσάλαχ, Μετουσάλαχ υἱὸς Ἀρφαλσιάχ.

Νῦν ἄκουσον, ἀνόητε, τοῦ πάππου τοῦ Μουχάμετ τοῦ Ἀμπτουλμουταλεπῆ, ἄχρι τελευτῆς τοῦ Μουχάμετ. Καὶ ἃ εἶπον, καὶ μέλλω εἰπεῖν, αὐτῶν Χαλδαϊκῶν σοι γραφῶν λέγω σοι γράφω. Ὁ πατὴρ τοῦ Μουχάμετ ὁ Ἀμπτουλᾶς ἠγόρασε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν Ἰεμενᾶν τὴν μητέρα τοῦ Μουχάμετ ἀπὸ τοῦ φόρου τῶν Ἀῤῥάβων, τοῦ Λέοντος τὴν κόρην. Καὶ ὡς αὕτη ἐγέννησε τὸν Μουχάμετ, μετὰ δέκα χρόνους τέθνηκεν. Καὶ ἀνετράφη ὁ Μουχάμετ μὴ ἔχων μητέρα παρὰ τοῦ Ἀμπτουταλεπῆ, καὶ ὁ γρόνος γεγονὼς, ἔλαβεν ἕκτοτε γυναῖκας δέκα, καὶ σκλάβας ἕξ. Ἡ πρώτη γυνὴ αὐτοῦ Χατιτζὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ Χαλεπῆ, ἡ δευτέρα Ἀμπταλμέ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Σαφουᾶ, ἡ τρίτη Αἰσαΐ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Οὐμαρί, ἡ τετάρτη Ἀσιαΐ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἀπυπάκρη, ἤγουν τοῦ Μπουμπάκη τοῦ καθίσαντος μετὰ Μουχάμετ, ἡ Χανιφὰ, πέμπτη Μεριὲμ Αἰγυπτία, ἡ ἕκτη Ζαϊτὲ, ἡ ἑβδόμη Ζουλχὰ, καὶ καθεξῆς. Καὶ ἰδοὺ λέγω σοι, πῶς αὐτὰς ἀνέλαβεν, καὶ πόθεν. Ἡ Χατιτζὲ ἤντλησεν ὕδωρ, καὶ ἐπότιζε τὰς καμήλους, καὶ ἀέβαινεν ὁ Μουχάμετ, καὶ ἐζήτησεν ὕδωρ, καὶ ἤτησεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα. Καὶ εἶπεν ἡ Χατιτζὲ, Τὸ πρόσωπόν σου βλέπω, καὶ οὐ τολμῶ ἐγγίσαι σοι· μὴ σὺ εἶ ὁ προφήτης ἐκ τοῦ γένους τῶν Κωρασιωτῶν; Λέγει αὐτῇ· Ναι. Καὶ ἐζήτησεν αὐτὴν ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῆς εἰς γυναῖκα. Τὴν δὲ Ἀμπταλμὲ ἔλαβεν ἐκ δουλείας τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ διεκαρδεύσατο αὐτήν.

Ἡ δὲ Αἰσαὶ ἰδοῦσα τὸν Μουχάμετ ἐρχόμενον, ἤπλωσεν τὸ φακαιώλαιον αὐτῆς, καὶ περιπάτησεν ἐπάνω αὐτοῦ. Λέγει οὖν αὐτῇ ὁ Μουχάμετ· Εὐχαριστῶ σοι, μεγάλη σου ἡ πίστις. Καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν πατέρα αὐτῆς λέγων· Στεῖλόν μοι τὴν θυγατέρα σου εἰς γυναῖκα. Καὶ ἀκούσας ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐχάρη σφόδρα, καὶ ἔστειλεν αὐτὴν μετὰ καὶ ὀξυγάλακτος πρὸς τὸν Μουχάμετ, ἵνα φάγῃ, καὶ εὔξηται αὐτός. Καὶ λαβὼν τὸ γάλα ἔφαγεν, τὴν δὲ κόρην διεκαρδευσάτο. Ἡ Μεριὲμ, ἣν δὲ Αἰγυπτία, εἰς κάστρον λεγόμενον Μποὺς εἰς γῆν Δαμασκοῦ καθιζομένη, καὶ ὅτε ἀπῆλθεν ὁ Μουχάμετ μετὰ καμήλων ἰδίων τῆς κυρίας αὐτοῦ μίσθιος, εἶδεν αὐτὴν καὶ ἠγάπησεν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἔφερεν εἰς τὰ ἴδια. Καὶ τὴν Ζαΐτὶ ὕδωρ ἐκβάλλουσαν μετὰ τοῦ κτραμίου ἀπὸ τὸν κλίβανον, καὶ τὰς παρειὰς ἐρυθρὰς ἔχουσα. ἠγάπησεν αὐτὴν, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς εἶπεν· Οὐκ ἔχει σοι ἄλλος ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἐγὼ, καὶ ἐκεῖνον αὐτὴν ἔκτοτε εἰς γυναῖκα. Καὶ ἀκούσας ὁ τούτης πατὴρ ἐχάρη σφόδρα, καὶ ἐλθὼν ἐπέπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων· Πόθεν μοι τοῦτο, ἀπόστολε τοῦ Θεοῦ, ἵνα κληθῇς γαμβρός μου; Λέγει αὐτῷ ὁ Μουχάμετ· Ἀνίστα, ὅτι οὕτως γέγραπται. Ἐποίησε δὲ ὁ Μουχάμετ παιδία δ' μὲν ἄῤῥενα, καὶ θήλυ ἕν. Ὁ

πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Ταΐπ, ὁ δεύτερος Ταὲρ, ὁ τρίτος Κασὲμ, ὁ τέταρτος Ἰμβραΐμ, καὶ ἡ θήλεια Φατμά.

mihi tantus honos, ut gener meus haberi non dedigneris? Cui sic infit Muhammed: Surge sic in fatis decretum et scriptum est. Muhammed autem quatuor filios procreavit et unam filiam. Primogenitus vocabatur Taip, secundus Taer, tertius Casem, quartus Ibrahim, filiæ vero Phatimæ nomen erat.

Καὶ οὐδεὶς ἀπὸ τὰ ἄῤῥενα ἔζησεν, εἰ μὴ μόνη ἡ Φατμά. Πῶς οὐκ ἀνέστησεν ἀπὸ τῶν παιδίων αὐτοῦ ἐνώπιον τῶν Ἀῤῥάβων, ὥστε εἰδεῖν αὐτοὺς, καὶ πιστεῦσαι ἐκ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ, εἰ προφήτης ἦν, ὡς λέγεις; Τὴν δὲ Φατμὰν ἔδωκεν εἰς γυναῖκα αὐτὴν τῷ ἐξαδέλφῳ αὐτοῦ Ἀλῆ υἱῷ τοῦ Ἀπουταλεπῆ. Καὶ αὐτὸς ἐποίησε μετ' αὐτὴν παιδία δύο, ὁ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Χασάνης, ὁ δεύτερος Χουσεΐνης. Καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Μουχάμετ ἀνέστη ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ τὸ ὄνομα Μεβία ἔχον καὶ υἱὸν ὀνόματι Ἰαζὶτ ἐξουσιαστὴν τοπάρχην. Καὶ ἀπέστειλεν, καὶ ἐφόνευσεν τοὺς δύο υἱοὺς τοῦ Ἀλῆ τὸν Χασάνην, καὶ τὴν Χουσεΐνην, τὸν πρότερον διὰ φαρμάκου, τὸν δεύτερον διὰ ξίφους. Ταῦτα πάντα οἶδα ἀληθῶς. Καὶ λέγε μοι, ἐπεὶ οὖν ἂν αὐτὸν προφήτην καλεῖς, διὰ τί οὐ προφήτευσεν περὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἐγγόνων αὐτοῦ, ὅτι οὕτως μέλλουσι θνήσκειν μετὰ θάνατον αὐτοῦ; Ἔκτοτε ἐκάθισεν ἀντὶ τοῦ Μουχάμετ, Ἀμπάκρης χαλιφάτης χρόνους ς' καὶ ἥμισυ. Εἶτα ὁ Ὄμαίρης ὁ υἱὸς τοῦ Χαττάπαπ, χρόνους ς'. Ἔπειτα ὁ Ὀθμάνης υἱὸς Ἀφὰη χρόνους ιβ', εἶτα ὁ Ἀλῆς υἱὸς τοῦ Ἀποταλεπῆ χρόνους δ'. Πάλιν λέγω σοι ὅτι ἐὰν ἐξηγήσομαι τῶν ιβ' αὐτοῦ πάππων τὰ ὀνόματα καὶ τὴν αἰσχύνην αὐτῶν, ὁ Εὐφράτης ὑπὲρ μέλανος οὐκ ἀρκέσει μοι.

Nulli vero liberorum vitæ usura diutina concessa fuit. Sola vero Platima diei æthereis et vitalibus auris vescebatur. Quare vero liberos suos ex mortuis non excitavit in præsentia Arabum, et istorum miraculorum contemplatione attoniti in illum crederent? Et si propheta fuit, uti dicis, quare hoc non præstitit? Phatimam vero uxorem tradidit Ali filio fratris sui Abutalepi. Ille autem ex Phatima duos suscepit liberos, primogenitum nomine Chasanem, minorem natu nomine Chuseinem. Cum vero Muhammed fato functus esset, exstitit Mebias quidam quocum Muhammed inimicitias exercuerat, et qui filium habebat nomine Jasit dynastam potentissimum. Misit vero Mebias quosdam qui trucidarent filios Ali Chasanem et Chusainem, primogenitum vero veneno, alterum gladio incautos peremerunt. Ista omnia mihi probe comperta sunt. Si ergo, ut modo dicebam, Muhammed fuit propheta, dic mihi quare de morte filiorum et nepotum nihil vaticinatus est, et quod postquam humanitatem implevisset, tali et tali fato essent tandem perituri? A tempore autem mortis Muhammedis, post illum, ut Calipha et successor sedit Apupacher, qui imperavit annos sex cum dimidio. Post illum, caliphatum obtinuit Omer filius Catapap spatio sex annorum. Post illum Othmanes filius Aphnæ, annos duodecim, deinde Ali filius Abutalipi annos quatuor. Dico ergo tibi et iterum dico, quod si duodecim illius avorum nomina, et gesta turpia et pudenda narrare vellem, deficeret Euphrates ipse, etiamsi pro ruentibus undis atramentum mihi suppeditaret.

Νῦν ἄκουσον τὸν βίον τοῦ πάππου τοῦ Μουχάμετ τοῦ Ἀμπτομουτάλεπ. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν ἡ κατοίκησις αὐτοῦ εἰς γῆν Μαραδᾶ, καὶ ἐπαρεπονέθη ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀσέμ, ἦλθεν εἰς γῆν Σεφορὰν γονικὸν ὧν Κωρασιωτῶν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ παιδία ἄῤῥενα δέκα, καὶ θυγατέρας τρεῖς. Ὁ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Ἀμουσὲς, ὁ β' Ἀμπᾶς, ὁ γ' Ἀπουταλεπῆ, ὁ δ' Ἀμπουλχὰπ, ὁ ε' Ἀπλυυκαδὲπ, ὁ ς' Ἀπουτζὰλ, ὁ ζ' Ἀμπτουλκασὲμ, ὁ ὄγδους Ἀμπουλῆ, ὁ θ' Σαφουὰν, ὁ ι' Ἀμπτουλᾶς. Αὐτός ἐστιν ὁ πατὴρ τοῦ Μουχάμετ. Ὁ δὲ πάππος τοῦ Μουχάμετ ὁ Ἀμπτουλμουταλέπης εἶχεν ἀδελφὸν Κουρέση τὸ ὄνομα, κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ προπάππου αὐτοῦ. Καὶ κατῴκει εἰς γῆν Χὰμ δύο ἡμερῶν δρόμον ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς γῆς Μαραδά. Ὁ δὲ Κωρέσης εἶχεν θυγατέρας δέκα, καὶ υἱοὺς τρεῖς. Ἡ ὑστερινὴ θυγάτηρ αὐτοῦ ἦκουεν Λιαλουλέ, τοῦτ' ἔστιν Μαρκαρίτα, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν ὁ Ἀμπτουλᾶς ὁ υἱὸς τοῦ ἀδελφοῦ τοῦτου Ἀμπτουλμουτάλεπ, ὁ καὶ πατὴρ τοῦ Μουχάμετ, ἠγάπησεν οὖν αὐτὴν σφόδρα, καὶ λέγει τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Θέλω εἰπεῖν σε τῷ ἀδελφῷ σου τῷ Κουρέση δοῦναί μοι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα. Ἦν δὲ ὁ Κουρεσης πλούσιος σφόδρα παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἀπτουλμουτάλεπ. Λέγει ὁ πατὴρ τοῦ Ἀμπτουλᾶ· Ὁ θεός σου ἔναι πλούσιος καὶ κενό-

Nunc vero audi vitam et mores Amptalmotalepi, avi ipsius Muhammedis. Isto tempore incolebat regionem Marada; cum vero pater illius Asem molestias illi crearet et querulis exprobrationibus semper illum vexaret, venit Sephoram apud Corasiotas quos sanguine et genere attingebat. Habebat vero secum decem liberos mares, et tres filias. Primus vocabatur Amases, secundus Ampas, tertius Abutalep, quartus Ampelcap, quintus Aplucadep, sextus Aputsal, septimus Amptulcasom, octavus Amptuale, nonus Sephuan, decimus Amptoulas. Fuit vero hic pater Muhammedis. Amptulmutalipes autem avus. Muhammedis habuit fratrem nomine Corase, qui isto nomine nomen proavi sui referebat. Habitabat vero in terra Cham duorum dierum spatio distans a Marada, ubi frater ejus sedes fixas habebat. Corases vero numerosa prole beatus habuit decem filias, et tres filios. Filia vero natu minima vocabatur Lialule, hoc est, Gemma seu Margarita, illam adamavit Amptulas pater Muhammedis, et filius Amptulmutalepi fratris Corasæ. Cum ergo illam deperiret Amptualas, patri consilium suum aperuit, et dixit: Pete a fratre tuo Corase ut annuat votis meis, et illius filia uxor mihi concedatur. Erat vero Corases ditissimus, et

opibus Amptulmutalepum fratrem longissime superabat. Regerebat vero pater Amptulæ : Patruus tuus opibus floret, et ille vanos et elatos alit animos; ego vero sum in re angusta, et cum ea de re illum convenero, statim me contemptu et conviciis excipiet. Ille vero instabat, et urgebat patrem ut uxorem sibi quæreret consobrinam filiam fratris, cujus amore urebatur. Importunis ergo efflagitationibus expugnatus et victus pater, fratri totum negotium declaravit, et rogavit ut filia matrimonio copularetur Amptulæ filio suo.

A δοξος, ἐγὼ δὲ πτωχὸς, καὶ ἐὰν τοῦ εἴπω, θέλει με ὀνειδίσει. Καὶ οὗτος πάλιν ὄχλησε τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ τὴν ἀνεψιάν του, ἣν ἠγάπα, τὴν ἐξαδέλφην αὐτοῦ. Καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐμήνυσεν τὸν ἀδελφόν του τοῦ λαβεῖν τὴν ἀνεψιάν του νύμφην εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τὴν Ἀμπτουλάν.

Ira vero accensus frater respondit : Per Deum cœli et terræ, si tu non esses frater meus germanus, ego his horis te prorsus expellerem, et solum vertere te statim cogerem. Et in posterum cum illo acerbissimas exercuit inimicitias. Amptulmutalep autem habebat canem præstantissimam, et famigeratissimam quæ cum ædes Coresæ ingressa esset, illam occidit, et multa congesta terra, illam occultavit, ne factum innotesceret. Coreses vero habebat equam præstantissimæ formæ et velocitatis, quæ et ventum ipsum celeritate antecederet, et duobus ferreis vinculis et pedicis erat alligata. Cum vero in animo volverent suo Amptulas et illius pater, quod Coreses occiderat canem, nec Amptulas par esset tali injuriæ dissimulandæ, et tanto dolori ferendo, accipiens secum canistrum, adivit Coresum, consilium occultans, et præ se ferens pacem et animum benevolum. Arabes vero pacem et rem maximi momenti æstimare solent. Videntes ergo illum Corasiotæ venientem cum canistro, et illis omnia pacis officia impertientem, de eo cœperunt esse minus solliciti, exstimantes illum non prava in animo fovere et volvere consilia, et illum ut hospitem gratissimum exceperunt. Ast ille noctu lecto exsiliens et surgens, cultro equam trucidavit, et statim se proripuit et fuga sibi consuluit. Sequenti vero mane somno et lecto excitati Corasiotæ invenerunt equam mortuam, et variis vulneribus confossam. Unde dicebat Corases : Iram et vindictam corde occultavit Amptulas, et nobis fucum fecit cum sua simulata pace : ideo illum observandi nulla nos tenuit cura vel sollicitudo. Amptulas vero reversus ad patrem omnia (prout gesta fuerant gestiens enarravit. Pater vero regerebat : Nihil nunc nobis peragendum superest, quam ut ad bellum proximum nos cito accingamus. Et revera Corases magna populi comitante caterva, et variis curribus et armis instructus, adoritur fratrem, et acerbo bello invadit. Ab utraque parte multi dubia et ancipiti victoria occubere. Pater vero Amptulæ, viribus inferior, et tanto metu correptus, ut animam modo esset efflaturus, fuga tendit Meccam decem dierum itinere distantem cum filio et reliquiis populi sui; multi enim in variis præliis perierant?

Θυμωθεὶς δὲ ἐκεῖνος, καὶ εἰπὼν, Μὰ τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἐὰν δὲν ἦσουν γνήσιός μου ἀδελφὸς, ἐχάωσα ἄν σε ἐκ τῆς γῆς ταύτης. Καὶ ἐποίησεν μετ' αὐτὸν ἔχθραν πολλὴν, Εἶχεν δὲ ὁ Ἀμπτουλμουτάλεπ κύνα πάνυ ὀνομαστὸν, καὶ ἀπερχομένην εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Κουρέση, ἀπέκτεινεν καὶ ἀπέκρυψεν αὐτὴν καὶ ἔχωσεν εἰς τὴν γῆν τοῦ μὴ φανῆναι. Ὁ δὲ Κωρέσης εἶχεν φοράδα πάνυ θαυμαστὴν, προτρέχουσαν μετὰ τοῦ ἀνέμου. Μετὰ δύο ζυγιῶν σιδηρῶν πεπεδουκλωμένην. Καὶ νοήσαντες ὁ Ἀμπτουλᾶς, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὅτι τὴν κύνα ἐφόνευσεν ὁ Κωρέσης καὶ μὴ φέρων τὴν λύπην τῆς κυνὸς ὁ Ἀμπτουλᾶς, λαλῶν κανίσκιον ἀπῆλθεν εἰς τοῦ Κωρέσου μετὰ εἰρήνης. Καὶ οἱ Ἄρραβες ἔχασι τὴν εἰρήνην ὡς μέγα τι πρᾶγμα. Καὶ ἰδόντες οἱ Κωρασιῶται αὐτὸν ἐρχόμενον μετὰ τοῦ κανισκίου, καὶ δόντα αὐτοῖς τὴν εἰρήνην, ἀπεμερίμνησαν αὐτοῦ, ὅτι οὗτος οὐκ ἐθυμήθη τι κακὸν, καὶ ἐφιλοξένησαν αὐτόν. Καὶ αὐτὸς ἀναστὰς νυκτὸς ἐφόνευσε τὴν φοράδα διὰ μαχαίρας · καὶ εὐθὺς ἔφυγεν. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἀναστάντες εὗρον τὴν φοράδα τεθνηκυῖαν, καὶ εἶπεν ὁ Κωρέσης · Εἶχεν τὴν ὀργὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐπλάνησεν ἡμᾶς μετὰ τῆς εἰρήνης τοῦ μεῖναι ἡμᾶς ἀμερίμνους. Ὁ δὲ Ἀμπτουλᾶς ἐλθὼν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνήγγειλε τὰ πάντα, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ λέγει · Τὸ λοιπὸν ἑτοιμαζόμεθα ὅλοι πρὸς πόλεμον. Ὁ δὲ Κωρέσης ἀναλαβὼν τὸν λαὸν αὐτοῦ μετὰ ἁρμάτων ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἐπολέμησεν αὐτόν. Καὶ ἐπονεύθησαν ἐξ ἀμφοτέρων λαὸς πολὺς, καὶ μὴ δυνάμενος ζῆσαι διὰ τὸν φόβον ὁ πατὴρ τοῦ Ἀμπτουλᾶ ἔφυγεν εἰς γῆν Μάκα, ἡμερῶν ι' διάστημα, μετὰ ὀλιγίστου λαοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, οἱ δὲ ἄλλοι ἐφονεύθησαν.

Cum vero sedes fixas collocasset in desertis Mecchæ, spatio trium annorum animalia, servos, merces iterum sibi comparaverunt, et cum omnia loca probe noscent, inceperunt negotiari et mercaturam exercere. Moris autem erat soliti apud Arabas, ut singuli, prout eorum facultates ferebant, sibi emerent quamplurimas captivas, quas prostituebant juvenibus ætate florentibus, et præcipue Hebræis, ex quorum cum illis concubitu gravidæ evaderent, susciperentque liberos elegantioris formæ, in foris et nundinis publicis magno pretio vendendos. Certo ergo quodam die dixit patri Amptulas Muhammedis

Καὶ καθίσαντες εἰς τὰς ἐρημίας τοῦ Μακὰ χρόνους τρεῖς, ἐπεκτήσαντο αὖθις ζῶα καὶ ἀνθρώπους, καὶ πράγματα. Καὶ τὰ τόπια πάντα ἐγνώρισαν, καὶ ἔκτοτε ἤρξαντο πραγματεύεσθαι. Οἱ δὲ Ἄρραβες εἶχον τοιοῦτον ἔθος τοῦ ἀγοράζειν ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν σκλάβας καὶ προτάσσειν αὐτὰς εἰς τοὺς νέους ἀνθρώπους, καὶ εἰς Ἑβραίους, καὶ μίγνυσθαι μετ' αὐτὰς, ὥστε ἐγκυοῦσθαι καὶ ποιοῦσιν παιδία εὔμορφα, ἵνα φέρωσι τιμὴν πολλὴν εἰς τὸ πωλῆσαι. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν λέγει ὁ Ἀμπτουλᾶς ὁ πατὴρ τοῦ Μουχάμετ, πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ · Πάτερ, θέλω γυναῖκα · καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ · Ἀνέβημεν

σε, τέκνον, καὶ σὲ καὶ τὴν γυναῖκα, ἣν θέλεις, λάβε, καὶ τὰ τέκνα, ἃ μέλλεις ποιῆσαι, ὅτι ἐν τῇ ζωῇ σου ἐγενόμεθα ξένοι ἐκ τῆς χώρας ἡμῶν, καὶ ἐν τῇ ξενιτείᾳ μέλλομεν ἀποθανεῖν. Μετὰ καιρὸν δὲ πάλιν ὤχλησε τὸν πατέρα αὐτοῦ λέγων αὐτῷ, Ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ ἐξωνήσομεν σκλάβα ὅσον νὰ δόσει ὁ Θεὸς ἕνα μου δόσει καὶ γυναῖκα. Καὶ ἀπελθόντες ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ ψηλαφήσαντες ἀπ' ἄκρον ἕως ἄκρον, εὗρεν ὁ Ἀμπτολᾶς σκλάβαν, καὶ ἐξωνήσατο αὐτήν. Καὶ λέγει ὁ σωματοπράτης ὁ βάπτης, ὅτι Μὰ τὸν Θεὸν τὸν γοβερὸν πλέον τῶν δώδεκα φόρων ἐπράθη ἡ σκλάβα αὕτη. Καὶ λαβόντες ἤγαγον αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν χαίροντες. Καὶ μετὰ μικρὸν ἀπέστειλεν αὐτὴν βόσκειν τὰς καμήλους κατὰ τὴν τῶν Ἀράβων συνήθειαν, ἐπιφερομένην τὸ ὀψώνιον αὐτῆς ἐν προσφωναρίῳ, ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτῆς, καὶ ἀφ' ἑσπέρας ἐγέμισεν αὐτὸ καμήλων κόπρον, ἔφερεν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ κυρίου αὐτῆς. Καὶ ἐν τῷ δουλεύειν αὐτὴν οὕτως, ὡς προεῖπον, συνήφθη αὐτῇ ὁ Ἀμπτουλᾶς. Καὶ ἔγκυος εἴτε ἐξ αὐτοῦ, εἴτε ἐκ τῶν βοσκῶν τῶν μετ' αὐτῆς τῶν ἐν τῷ ὄρει τὰς καμήλους βοσκόντων· ἔφθασε γὰρ ὁ καιρὸς τῆς γεννήσεως αὐτῆς. Καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν αὐτῆς ἀπελθοῦσα ἐν τῷ ὄρει βόσκειν τὰς καμήλους ἐγέννησεν ἐκεῖσε τὸν Μουχάμετ, καὶ λαβοῦσα ἐν τῷ προσφωναρίῳ κατὰ τὸ σύνηθες ἑσπέρας τὴν τῶν καμήλων κόπρον, καὶ ἄνωθεν τὸν Μουχάμετ, ἦλθεν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ κυρίου αὐτῆς. Εἶδεν οὖν τὸν Μουχάμετ ὁ πάππος αὐτοῦ, καὶ λέγει· Ἀνάθεμα καὶ τῷ σπείραντι, καὶ τὴν φέρουσαν, ὅτι ἐξ αἰτίας τοῦ σπείραντος ἐχαθήμεν ἀπὸ τὴν γῆν καὶ τῶν γυναικῶν ἡμῶν.

A pater : Pater, uxorem mihi jungas volo. Indignabundus replicat pater : Anathema sis tu, et uxor quam tibi copulabis, et liberi quos ex illa procreabis. Quia in vita tua nos sumus extorres et patria nostra profugi, et exsilium nostrum nisi cum vita nostra non finiemus. Post aliquod vero temporis intervallum, iterum patri molestum negotium facessivit dicendo : Veni mecum ad forum, et emamus captivam qualem Deus nobis suppeditabit, quæ mihi connubio copulabitur. Et profecti ad forum, omnes fori angulos maxima cura pervestigarunt, et invenit Amptulas captivam quam emit. Sutor autem qui servam seu captivam vendebat, dicebat et hoc juramento per Deum tremendum confirmabat, quod ista captiva B plus quam duodecim vicibus vendita fuerat; qua de re lætitia exsultantes, illam domum deduxerunt. Elapso vero pauci temporis spatio, illam in agrum miserunt ut camelos pasceret secundum morem qui apud Arabas obtinebat, et singulis matutinis temporibus, cibum diurnum quo aleretur canistro secum humeris gestabat, singulis vero vespertinis horis idem canistrum stercore camelorum plenum domum domini sui referre solebat. Et cum, uti jam memoravi, serviret, cum illa rem habuit Amptulas. Cum ergo uterum ferret sive quia Amptulas sive quod armentarii qui in monte camelos pascebant, cum illa consuessent, tandem pervenit ad tempus quo uterum deponere et parere debebat. More igitur solito profecta ad montem ut ibi camelos aleret, peperit ibi Muhammedem, C vesperi vero reversura, secundum consuetudinem canistrum stercore camelorum implevit, Mahometen vero recens natum superimposuit, sicque ad æ les domini sui rediit. Avus autem cum videret nepotem Muhammedem dixit : Anathema et patri et matri, nam culpa patris sumus patria pulsi et uxoribus orbati.

Αὕτη δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν αὐτῆς ἐπορεύετο εἰς τὸ ὄρος βόσκειν τὰς καμήλους βαστάζουσα τὸν Μουχάμετ, ἵνα τοῦτον θηλάζῃ, καὶ μετὰ τριῶν χρόνων συμπληρῶσαι, ἐξῆλθεν ὁ πατὴρ τοῦ Μουχάμετ εἰς κυνήγιον. Καὶ ἐκυνήγησεν ἄγριον πρόβατον, καὶ ἐπέζευσεν τοῦ σφάξαι αὐτὸ, καὶ παρατυχὼν ἐκεῖσε ὄφις ἔδακεν αὐτὸν, καὶ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ δήγματος ἀπέθανε. Μετὰ δὲ τὸ συμπληρῶσαι χρόνους ε' ἀπέθανε καὶ ὁ πάππος τοῦ Μουχάμετ. Καὶ ἀναλαβοῦσα ἡ σκλάβα τὸν οὐρανὸν πατδα, ἤτοι τὸν Μουχάμετ, ἦλθεν εἰς τόπον σύγκαιρον, καὶ εὗρεν ἐκεῖσε τὸν Ἀπουταλέπη τὸν ἀνδράδελφον αὐτῆς, καὶ συνέτυχεν αὐτῷ περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἀπουταλέπης· Ἐγὼ νὰ ἀναθρέψω τὸν ἀνεψιόν μου, τὸν Μωαμὲδ, καὶ σὺ δούλευε ἐμὲ εἰς τὸ σπῆτί μου, καὶ ἐποίησε μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ χρόνους ι' καὶ ἀνετρέφετο οὗτος. Καὶ ἔκτοτε ἀπέθανε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἀνετρέφετο ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ Ἀπουταλέπη, καὶ ἐκδέδωκεν αὐτὸν μετὰ βοσκῶν του βόσκειν αὐτὸν πρόβατα καὶ καμήλους ἐπὶ χρόνους ι' καὶ ἔκτοτε ὥρισεν ἡ κυρία αὐτοῦ, ἵνα ταξιδεύει ἀπὸ χώρας εἰς χωρὰν μισθωτὸς μετὰ καμήλια αὐτῆς. Καὶ τὰ ἐντεῦθεν κέρδη προσέφερεν τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ, καὶ πεποίηκεν οὕτως χρόνους ε'. Ἐν

Illa vero more solito singulis diebus proficiscebatur ad montem ut camelos pasceret, et secum Muhammedem gestabat ut illum lactaret. Tribus autem integris annis elapsis, pater Muhammedis ad venandum exivit, et ovem silvestrem in venatione captam domum deduxit; sed cum ad illam mactandam se accingeret et illam sequeretur, serpens illum invasit et morsu impetiit, et statim morsus vulnere interiit. Elapsis vero quinque aliis annis, avus ipse Muhammedis tandem fato functus est. Abripiens vero serva Muhammedem orphanum, abiit et pervenit in locum quemdam amicum ubi offendit Abutalepum fratrem mariti sui et omnia illi narravit quæ ipsi contigerant. D Abutalep autem regerebat : Ego victum suppeditabo affini meo Muhammedi, tu vero servias apud me in ipsis ædibus meis. Et spatio annorum decem, cum matre sua apud illum mansit, et ibi vitam suam sustentavit. Sed postea ipsa mater moriebatur, et solus alebatur apud avunculum Abutalepum, hac illi imposita cura ut cum aliis pastoribus oves et camelos regeret et pasceret. Quod cum per decem annos præstitisset, illius domina apud se constituit illum de regione in

regionem mittere cum camelis, ut res suas ageret, commoda promoveret, lucrum fideliter repræsentaret, certa spe illi facta mercedis et salarii. Quo obsequio functus est spatio quinque annorum. Cum autem in monte camelos pasceret, morabatur ibi quidam monachus otiosus Nestorianæ doctrinæ addictus, cui Pachuræ nomen erat. Juxta conclave quod occupabat putens erat excavatus. Cum vero sin ulis diebus accederet et discederet Muhammed, ad aquationem et puteum semper ascendebat. Cum autem ibi vidisset otiosum monachum, cum illo sermones miscuit, et varia de fide Christianorum rogavit.

A δὲ τῷ βοσκειν τὰς καμήλους ἐν τῷ ὄρει ὑπῆρχεν ἐκεῖσέ τις μοναχὸς ἡσυχαστὴς Νεστοριανῷ ἔχων δόγματι, τοὔνομα Παχυρᾶς. Ἦν δὲ τῷ αὐλίῳ αὐτοῦ φρέαρ, καὶ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι, καὶ ἐξέρχεσθαι τὸν Μουχάμετ ἀνέβαινεν πρὸς τὸ ὕδωρ, καὶ ἰδὼν τὸν ἡσυχαστὴν συνετύγχανεν αὐτῷ καὶ ἠρώτα περὶ πίστεως τῶν Χριστιανῶν.

Monachus vero ad omnia respondebat, et enarvabat quæ Muhammed citissime memoriæ mandabat, et cum domum reversus erat, omnia Arabibus narrabat, addendo. Sic dicit Dominus. Quadam vero die cum invenisset Arabas quodam in orbem sedentes, cum illis voluit etiam sedere et de variis disserere. Statim vero vertigine correptus in terram cecidit et procubuit. sese volvens et revolvens, dentibus stridentibus et ore spumanti, quod vobis inter orandum admodum familiare est, o Musulmanni, et idem facere sæpissime consuevistis, præcipue ii qui apud vos vocantur Phoracidæ. Nam cœtus solent congregare, gestantes instrumenta musica, cytharas, tympana, edentes cannabi capita et partes superiores, et bibentes vinum coctum. Surgunt vero simul omnes recti, musici vero pulsant instrumenta musica. Phoracidæ vero saltant clausis oculis pronique in terram et cernui. Vulgi autem et plebis corona cum liberis, plaudunt manibus, et inverecundo boatu aera feriunt. Capite vero prono sic saltant, et tandem cadunt miseri stridentes dentibus, et ore quasi rabioso et furente spumantes. Quod se facere jactant tanquam Muhammedis imitatores et servum pecus. Circumstantes vero clamant: Angelus! Angelus! hoc est, Angelus cum illo locutus est. Sequenti vero die si aliqui ibi occurrant, petunt ex astantibus, cujusdam os majori spumæ copia dealbesceret, quo designato statim ad illius pedes advolant, illos comprehendunt et osculantur, asserentes illum vidisse angelum, sicut ipse Muhammed. Me pudet totius istius fabulæ tam male consultæ et fabricatæ. An mendacii me potes circa hæc insimulare, o Agarene. Sed ut ad Muhammedem ipsum redeam, ille ad seipsum reversus, et rogatus, quomodo contigerant quæ modo passus erat, respondit: Vidi angelum, quo viso ita turbatus fui. Aderat vero tunc ibi Abutalepus, qui Muhammedem aluerat. Qui domum reversus, uxorem suam adoritur et monet his verbis: Ne in posterum Muhammedem ut servum et mercenarium habeas, nam hodie vidit angelum.

Ὁ δὲ ἡσυχαστὴς ἐξετπεν αὐτῷ περὶ πάντων, καὶ συνετύγχανεν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐκτίθου ἐμάνθανεν. Καὶ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἴδια διελέγετο μετὰ τῶν Ἀράβων, ὅτι Τάδε λέγει Κύριος. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν εὗρεν Ἀράβων πλῆθος κύκλῳ καθεζομένων, καὶ καθίσας μετ' αὐτῶν διελέγετο, καὶ ἐξαίφνης ἔπεσεν χαμαὶ κυλιόμενος καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ καὶ ἀφρίζων, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα μέχρι τοῦ εὔξασθαι συνήθως ὑμεῖς οἱ Μουσουλμανοί ποιεῖν εἰώθατε, ἐξαιρέτως οἱ Φορακίδες ποιοῦντες συναγωγὴν, καὶ φέροντες μουσικὰς, καὶ κιθάρας, καὶ τύμπανα, τρώγοντες τὰ ἄκρα τῶν κανάβων, καὶ πίνουσι τὸν ἐψητὸν οἶνον, καὶ ἀνίστανται ὀρθοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ μὲν μουσικοὶ κρούουσι τὰς μουσικὰς, οἱ δὲ Φορακίδες ὀρχοῦνται ἀσκεπεῖς κούτουλοι, καὶ οἱ κοσμικοὶ, καὶ οἱ λαϊκοὶ μετὰ τῶν παίδων αὐτῶν κρούουσι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, καὶ ἀναιδῶς φωνάζουσι. Καὶ οἱ κουτοῦλοι ὀργοῦνται καὶ οὕτως κατασείονται ἐνταλαμένοι, καὶ ἀφρίζουσιν. Καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τρίζουσιν, πρὸς μίμησιν τοῦ Μουχάμετ. Καὶ βοῶσιν οἱ περιεστῶτες. Ἄγγελος, ἄγγελος, τοῦτ' ἔστιν, Ἄγγελος λελάληκεν μετ' αὐτοῦ. Τῇ δὲ ἐπιούριον, εἰ μὴ πραπύχῃ τις ἐκεῖσε, ἐρωτῶσι τοὺς περιτυχόντας ἐκεῖσε, ποῖος ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον ἀφρίζει, καὶ μαθόντες περὶ αὐτοῦ, κρατοῦσι αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἀσπάζονται αὐτοὺς, Ὅτι, λέγοντες, εἶδε τὸν ἄγγελον, ὡς ὁ Μουχάμετ. Αἰσχύνομαι οὖν σοῦ ἄκρα ἀκτίστου παντός. Διαψεύδομαι κατ' αὐτῶν, ὦ Ἀγαρηνέ; Καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Μουχαμὲτ, ἠρωτήθη πῶς γεγόνασι τὰ περὶ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν, Ἄγγελον Θεοῦ εἶδον, καὶ γέγονεν οὕτως. Παρέτυχε δὲ ἐκεῖσε καὶ ὁ τρέφων αὐτὸν Ἀπουταλέπης, καὶ ἐλθὼν ἐσπέρας εἶπεν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· Μὴ ἔχῃς ἐτι τοῦ νῦν τὸν Μουχάμετ ὡς μισθωτόν σου, ὅτι σήμερον εἶδεν τὸν ἄγγελον.

Singulis vero diebus redibat Muhammedes ad monachum otiosum, et multa ab illo discens, eadem postea ad populum narrabat, illisque plebem imbuebat. Vespera vero quadam Abutalipes, in dictis Muhammedis fraudem aliquam latere veritus, illum sic adoritur, ego te per longum temporis spatium alui et fovi, nunc: Ergo in officiorum erga te meorum qualemcumque compensationem, dic mihi sincere quid videris cum epumans et stridens in humum cecidisti. Respondit Muhammed: Hoc est principium meæ propbetiæ, et, o domine mi, ego spatio

Καὶ ὁ Μουχάμετ ἀνερχόμενος καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν ἡσυχαστὴν, καὶ μανθάνων παρ' αὐτοῦ ἔλεγεν πρὸς τὸν λαὸν ταῦτα διδάσκων αὐτούς. Μιᾷ οὖν ἑσπέρᾳ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀπουταλέπης, ὁ καὶ θρέψας αὐτὸν· Μουχάμετ, ἐγώ σε ἀνέθρεψα, καὶ ὁμολόγησαί μοι ἐν ἀληθείᾳ τί εἶδες, ὅταν ἔπεσες χαμαὶ ἀφρίζων καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας. Ὁ δὲ Μουχαμετ λέγει· Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς προφητείας μου. Καὶ ἀπό τοῦ νῦν ἐγώ, κύριε, τριακοντα νυχθήμερα θέλω νηστεῦσαι, ἵνα λεπτὸς γένωμαι, ὡς ἄγγελος, καὶ ὅταν ἔρχεται ὁ ἄγγελος, συντυγχανω αὐτῷ. Καὶ αὐτὸς ἐτρόφετο καθ'

ἑκάστην μετὰ τοῦ Παχυρᾶ. Καὶ ὁ μοναχὸς διὰ τὸ βαπτίσαι αὐτὸν, ἀνέτρεφεν. Ἐσφέρας δὲ γενομένης ἤρχετο κορεννύμενος, καὶ οὐκ ἐδείπνει. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀπουταλέπης ὁ θεῖος του· Θέλω ἵνα μοι ἐξείποις πᾶσάν σου τὴν ὑπόθεσιν. Βλέπω γὰρ οὐκ ἐσθίεις οὐδόλως τι· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καθ' ἑκάστην περιπατεῖς, καὶ τὸ ἑσπέρας κατάκοπος ἔρχεσαι. Ἀνάγγειλον οὖν ἡμῖν, ὅ τι χρηματιζόμενος. Λέγει αὐτῷ ὁ Μουχάμετ· Ἐὰν θέλῃς ἐξειπεῖν με, σώρευσον πρῶτα τὸν λαὸν τοῦ Μακᾶ, καὶ ἐρχόμενος αὔριον ἀπὸ τοῦ ὄρους εἶπω σοι πάντα κατενώπιον αὐτῶν. Οὗτοι δὲ οὐκ ἐνόησαν, ὅτι ἐκ τοῦ καλογήρου διδάσκεται καὶ τρέφεται, ἀλλ' οὐδὲ ὁ μοναχὸς ἐτόλμησε πρὸς τινα τῶν Ἀράβων ἐξειπεῖν, ὅτι σχολάζει παρ' αὐτοῦ ὁ Μουχάμετ, ἵνα καὶ βαπτίσῃ αὐτὸν, καὶ διδάξῃ, καὶ διαφύγῃ ἀπὸ τῶν Ἀράβων τὸν κίνδυνον.

triginta dierum et noctium, volo jejunus vivere et a cibis prorsus abstinere, ut tenuis et subtilis evadam instar angeli, et cum ad me accedet angelus, sic potero facilius cum illo sermones et colloquia miscere. Ille vero clam et privatim singulis diebus alebatur apud Pachuram. Et monachus iste ut illum tandem ad baptismum perduceret, illi victum suppeditabat. Vesperi vero redibat bene pastus et ventre plenus, et tunc se nolle cœnare simulabat. Ad illum vero sic tandem infit avunculus illius Aboutalipa: Ego volo ut mihi significes totam istam tuam agendi rationem. Video enim te singulis diebus ad montes discedere, te vesperi redire labore confectum et exhaustum, et tamen te nihil prorsus gustare et edere. Declara ergo nobis quo oraculo et commercio hoc facias. Ad ista regerebat Muhammed: Si velis me istud quidquid est negotii, enarrare, congrega primo populum et incolas Meccæ, et sequenti die, ex montibus rediens, ego omnia declarabo in conspectu omnium, et stante populi numerosa corona. Illi vero ignorabant quod a Calogero seu monacho docebatur, et alebatur, nec monachus Arabibus audebat revelare quod Muhammed apud se hæreret et moraretur, ut exerceretur, doceretur, baptismo tingeretur, et isto silentio periculum ab Arabibus certo intentandum, se declinaturum sperabat.

Ὁ δὲ Ἀπουταλέπης εἰς τὸν Μακᾶ σωρεύων τὸν λαὸν, καὶ λεγων εἰς τοὺς προεστῶτας τῶν Ἀράβων υἱῶν, ὅτι Εἷς ἐξ ἡμῶν ἐφανη προφήτης τοῦνομα Μουχαμετ νηστεύσας ἡμέρας τριακοντα, καὶ δεῦτε τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν. Καὶ ἀκούσαντες αὐτοὶ, ὅτι χοϊκὸς ἄνθρωπος νηστεύσας ἡμέρας λ', καὶ οὐκ ἀποθνήσκει, μεγαλως ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, καὶ ἠκούσθη τοῦτο εἰς πᾶσαν τὴν γῆν Ἀράβίας. Καὶ συναχθέντες ἦλθον μετά τοῦ Ἀπουταλέπη, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθίσατε ὧδε, ὅτι ἑσπέρας μέλλει ἐλθειν. Ἐλθόντος οὖν τοῦ Μουχάμετ, συναγείρονται πάντες εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, καὶ ἐδόησεν ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν Ἀπουταλέπης, Καλῶς ἦλθεν ὁ φωστὴρ τῆς Ἀράβίας, ὁ νηστεύσας τριάκοντα νυχθήμερα. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἔφριξαν, καὶ ἐτρόμαξαν. Λέγει ὁ Μουχάμετ, Ἄκουσε, θεῖε Ἀπουταλέπη, καὶ ἀνάτροφε μου, μετὰ τοῦ λαοῦ σου, ὅτι ὅταν ἤλθα εἰς τὴν Δαμασκὸν, τὴν ὑστερινὴν φοράν, καὶ ἔχασα τὸ καμῆλι, καὶ ἔδειρές με, καὶ ἐδίωξές με ἀπὸ τοῦ οἴκου σου. Καὶ ἀπὸ λύπης μου ἦλθον εἰς τὸ Βασιλικὸν πηγάδι, καὶ ἔπεσον ἐκεῖσε, καὶ ἀπεκοιμήθην. καὶ εἶδον ὄναρ, ὅτι ὁ ἥλιος κλίνει καὶ προσκυνεῖ με. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐγείρομαι φοβούμενος, καὶ ἐννοιαζόμενος οὐκ εἶπον πρός τινά τι τὸ σύνολον. Ἀπῆλθον οὖν εἰς τὰ ὄρη, ἐν οἷς πρότερον τὰς καμήλους ἔβοσκον, πρὸς τὸ ἀναβῆναί με, καὶ εὑρὼν πέτραν, ἐκάθισα ὑπὸ ταύτης, τὴν σκιὰν διανοούμενος τὸ ὅραμα. Καὶ ἦλθεν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα· Μουχάμετ, μὴ ἐννοιάζου ὑπὲρ τοῦ ὁράματος. Ἄπελθε, καὶ νήστευσον ἡμέρας τριάκοντα, καὶ στάφη Ηδε, ἵνα εἴπω σοι.

